1911.3457.


ARISTO TILE
IPOCR ATE
GALIE NO
AVICE NA
ALIABA TE
RASIS
MESVE
AVER
PETRVS DE MONTAGNANA
CAIVS PLINIVS
DE NATVRALI
CONCI LIATOR
ABEZO AR






Venetiis

1500

H* 9777

a

Inc. 192

1404045 (N.)

Joann. de Ketham, Fasciculus Medicinae.
Venetiis 1500.

1911. 3457


ARISTOTILE
IPOCRATE
GALIENO
AVICENA
ALIABATE
RASIS
MESVE
AVER
PETRVS DE MONTAGNANA
CAIVS PLINIVS
DE NATVRALI
CONCILIATOR
ISAAHC
ABEZOAR



# Faſciculus medicine.

## Similitudo complexionum & elementorum.

Humidus eſt ſanguis color eſt vis aeris illi:
Sicca calet colera ſic eſt illi ſimilata.
Alget humet flegma ac illi vis ſic aquoſa.
Melancolia friget ac ericcat; quaſi terram.

### Sanguineus

Natura pingues iſti ſunt atq̃ iocãtes. Nouos rumores cupiũt audire frequẽter. Hoc venꝰ ⁊ bacchꝰ delectãt fercula riſus. Et facit hos ylares ⁊ dulcia verba loquentes. Omibus hi ſtudijs abiles ſunt ⁊ magis apti. Qualibet ex cã nec hos leuiter mouet ira. Largus amãs ylaris ridẽs rubeiq̃ coloris. Cantans carnoſus ſatis audax atq̃ benignꝰ

### Colericus.

Eſt humor colere que cõuenit ĩpetuoſis. Hoc genus eſt hoium cupiens precellere cũctos. Hij leuiter diſcunt necnon multum cito creſcunt. Inde magnanimi ſunt necnon largi ſumma petentes. Irſutus fallax iraſcens prodigus audax. Aſtutus gracilis ſiccus crocciq̃ coloris.




### Flegmaticus

Flegma vires modicas tribuit lataſq̃ breueſq̃. Flegma facit pingues ſanguis reddit mediocres. Ocia non ſtudio tradunt ſed corpora ſomno. Senſus ebes tardus motus pigricia ſomnus. Hic ſõnolentus piger in ſputamine multus.

### Melancolicus.

Reſtat adhuc triſtis color ſubſtantie nigre. Que reddit prauos triſtes ſemper alta loquentes. Hi vigilant ſtudio nec mens eſt dedita ſomno. Seruant ꝓpoſitum ſibi nil reputant ore gratuʒ. Non expers fraudis timidus luteiq̃ coloris. Inuidus ⁊ triſtis cupidus dextreq̃ tenacis.

Ex Biblioth. Regia Berolinensi
Duplum Bibl. Reg. Berol.
Biblioteka Główna w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

¶ Incipit faſciculus medicine compoſitus per excellẽtiſſimum artium ac medicine doctorum: dominuꝫ Joānem de Ketham Alamanum: tractans de anothomia ⁊ diuerſis infirmitatibus: ⁊ corporis humani: cui annectuntur multi alij tractatus per diuerſos excellẽtiſſimos doctores cõpoſiti. Necnon anothomia Mũdini.

¶ Et primo de expoſitione colorum in vrinis: Deinde de eorundem iudicijs.

VRina eſt colamentuꝫ ſanguinis ⁊ eſt duarum rerũ ſignificatiua proprie: aut enim ſignificat paſſioneꝫ epatis ⁊ venarum aut veſice aut renum. Aliarum rerum eſt improprie ſignificatiua. Sed in vrina cõſideranda ſunt diuerſa ſcilicet ſubſtantia: color: regiones: ⁊ cõtenta. Aliud eſt cauſa ſubſtantie: aliud cauſa coloris: aliud cauſa ſediminis. ¶ Cum enim in humano corpore ſunt quattuor qualitates ſcilicet caliditas: frigiditas: ſiccitas: ⁊ humiditas. Due. n. haruꝫ ſcilicet caliditas ⁊ frigiditas ſunt cauſe coloris. Siccitas ⁊ humiditas ſunt cauſe ſubſtantie. ¶ Sciendum enim eſt ꝙ vrina in quattuor partes diuiditur. Superior pars eſt circulus. Secunda eſt corpus eius. Tertia perforatio: Quarta fundus per circulum egritudo capitis ⁊ cerebri per corpus eius egritudo ſpiritualiũ membrorum ⁊ ſtomachi per perforationem epatis ⁊ ſplenis per fundum renum ⁊ matricis ⁊ inferiorũ mẽbrorum accidentia iudicamus. ¶ Item in vrina ſunt tres regiones ſcilicet iſima media ⁊ ſuprema. Infima incipit a fundo vrinalis ⁊ durat per ſpacium duorum digitoruꝫ. Media regio incipit vbi terminatur infima ⁊ durat vſqꝫ ad circuluꝫ: quia circulus eſt in ſumma regione ⁊ quando in iſta ſumma regione eſt ſpuma: ſignificat ventoſitatem ebulientem in vijs vrinalibus vl' inflationem ſeu aliud vicium pulmonis. ¶ Circulus vero groſſus ſignificat nimiam repletionem in capite ⁊ dolorem ⁊ quando in circulo ſunt quaſi grana alba ſignum reumatis indigeſti ⁊ oppilationis in epate in regione media. Et ſi fila volitantia albi coloris: tunc ē ſignum mortale. Sed ſi ibi quedam nebula eſt in ſanis malum. Sed in febricitantibus ſi nebula ſit diuulſa ſignificat principium digeſtionis materie morbi ⁊ ſi fuerit vnita tunc ſignificat plenam digeſtionem completā ⁊ curſum laudabilem ⁊ ſalutē. In infima regione ſunt alij lapilli arenoſi: ⁊ tunc denotat ꝙ patiens eſt calculoſus. Et ſi ſedimen eſt nigruꝫ: ⁊ tunc niſi fuerit per talem vrinā expulſio materie venenoſe ſignuꝫ ē mortis.

VRina ruffa ſignificat ſanitateꝫ ⁊ bonam digeſtioneꝫ corporis humani. ¶ Urina ſubrufa ſanitatem ſignificat: ſed non ita perfectam ſicut omnino rufa. ¶ Urina citrina quando circulus eiuſdem coloris eſt laudabilis eſt ⁊ etiam ſubcitrina licet non ita perfecte ſicut omnino citrina. ¶ Urina rubea ſicut roſa effimeram febreꝫ ſignificat: ⁊ ſi continue mingatur ſignificat febrē quotidianam. ¶ Urina ſicut ſanguis in vitro ſignificat febrem ex nimio ſanguine: ⁊ tunc ſtatiꝫ debet fieri minutio niſi fuerit luna in medio geminorum. ¶ Urina viridis quando mingitur poſt rubeam ſignificat aduſtionem ⁊ eſt mortalis. ¶ Urina rubea claritate remota omnino declinationem morbi ſignificat. ¶ Urina rubea permixta aliquātulum nigredini vicia epatis ⁊ calefactionem ſignificat. ¶ Urina pallida ſignificat defectionem ſtomachi ⁊ impedimentũ ſecunde digõnis. ¶ Urina alba ſicut aqua fontis in ſanis ſignificat crudelitatem humoruꝫ ⁊ in acutis febribus eſt mortalis. ¶ Urina autem lactea cuꝫ ſpiſſa ſubſtantia ſi accidit in mulieribus non ita periculoſum ſicut in viris propter indiſpoſitioneſ matricis tunc in acutis febribus ē mortalis. ¶ Item vrina lactea ſuperius ⁊ inferius obumbrata circa mediam regionem clara idropiſim ſignificat. ¶ Item vrina in idropico rufa vel ſubrufa morteꝫ ſignificat. ¶ Item vrina caropus ſignificat multitudinem humorum corruptorum ſicut accidit in flegmatico idropico podagrico ⁊ alijs. ¶ Item vrina nigra poteſt eſſe de calore naturali extincto: ⁊ tunc eſt mortalis vel poteſt eſſe propter expulſionem materie venenoſe que expellitur per vias vrinales: ⁊ tunc ſignificat ſalutem in q̃rtana. alias autem ſemper eſt mortalis. ¶ Itē vrina lucida ſicut cornu indiſpoſitiones ſplenis: ⁊ diſpoſitionem quartane ſignificat. ¶ Item vrina crocea ⁊ ſpiſſa ſub nigra ⁊ eſt fetida ⁊ ſpumoſa ſignificat ytericiam. ¶ Item vrina rufa vel ſubrufa inferius habēs reſolutiones rotundas ⁊ albas ſuperius aliquantuluꝫ pinguis febrem ethicam ſignificat. ¶ Urina in fundo vaſis vſqꝫ ad medietatem clara poſtea non ſpiſſa ⁊ tenuis grauedinē pectoris ſignificat. ¶ Item vrina ſpumoſa ⁊ clara ⁊ quaſi ſubrubea dolorem in dextro latere maiorem q̃ꝫ in ſiniſtro ſignificat. Si vrina ſpumoſa ⁊ alba ſit maiorem dolorem ſignificat in ſiniſtro latere: frigidius eſt enim ſiniſtrum latus q̃ꝫ dextrũ. Si circulus vrine nullo in quieſcente tremulus apparuerit d̃ curſum flegmatis ⁊ aliorum humoruꝫ a capite per collum ⁊ per poſteriora ad inferiora ſignificat. ¶ Itē vrina tenuis ⁊ pallida ⁊ clara acetoſuꝫ flegma ſignificat. ¶ Item vrina ſpiſſa plumbea circa mediam regionem nigra paraliſim ſignificat. ¶ Iteꝫ vrina ſpiſſa ⁊ lactea ⁊ pauca ⁊ craſſa inferius cum ſquamis lapidem ſignificat vel oſtendit: ſi vrina ſine ſquamis ſpiſſa ⁊ lactea pauca fuerit fluxum ventris ſignificat. ¶ Item vrina ſpiſſa ⁊ lactea ⁊ multa guttam in ſuperioribus partibꝰ vel membris corporis ſignificat. ¶ Item vrina inferiꝰ pallida in viris dolorem renum ſignificat: in mulieribus vitium matricis ſignificat. ¶ Itē vrina in qua fruſta apparent ſi pauca ſit ⁊ turbuloſa vene rupturam circa renes ⁊ veſicam ſignificat. ¶ Item vrina in qua ſanies apparet in fundo vaſis contigua renum ⁊ veſice putredinem vel apoſtemata ſignificat. Et ſi in tota vrina ſanies apparet totius corporis putredineꝫ ſignificat. ¶ Item vrina in qua fruſta apparent parua ⁊ lata veſice excoriatiōem ſignificat. ¶ Item vrina atomoſa per multum tempus lapidem in renibus ſignificat. ¶ Item vrina alba ſine febre in viris ⁊ mulieribus aliquando dolorem renum aliquando impregnationem ſignificat mulieris. ¶ Item vrina pregnantium ſi vnũ menſem duos vel tres habuerit debet multum clara ⁊ alba eſſe ⁊ hipoſtaſim debet habere in fundo. Si vero quattuor habuerit menſes: vrina tunc debet eſſe ſerena (⁊ hipoſtaſis alba ⁊ groſſa in fundo.

SOlet imago in vaſe vrinalis tanqꝫ in ſpeculo apparere ſi vrina ſit mulieris conceptionem factam ſignificat. Et ſi imago indican-

tis apparuerit in vrina patientis febꝛes interpollatas
vel epaticam egritudinem pꝛolixitatem moꝛbi ſignifi-
cat. ¶ ¶ Item vrina ſpumoſa ventoſitatem ſtomachi
in mulieribus vel ardoꝛem ab vmbilico vſqꝫ guttur ⁊
ſitim ſignificat. ¶ Item vrina virginis quaſi ſubcitri-
na debet eſſe. vnde vrina liuida ⁊ nimis ſerena virgi-
nem declarat eſſe conſtantēꝫ. ¶ Urina turbida in qua
ſemen apparuerit in fundo vaſis mulierem iacentem
cum viro ſignificat. ¶ Urina mulieris denſa eam eſſe
coꝛruptam tunc declarat: pꝛedicta vrina ſalteꝫ turbida
in qua ſemen apparet in fundo vaſis. Si vero vrina ta
lis fuerit in viro recenter eum cum muliere coiſſe tunc
declarat. Si vrina turbida velut ſubiugariuꝫ habuerit
vulue matricis doloꝛem ſignificat. ¶ Urina multū ni
gra mulieribus ſuperueniens: ſi mota aliquantuluꝫ ru
boꝛem habuerit ſolutionem menſtruoꝛum ſignificat.

## ¶ De modo iudicandi vrinas.

Modus iudicandi vrinas eſt. Cōſideratis om
nibus que a medico debent conſiderari ſic ꝓ
cedendum eſt. ¶ Pꝛimo videndum eſt de
coloꝛibus. ¶ Secundo de ſubſtantia. ¶ Tertio de cō
tētis ⁊ ſic poteris cognoſcere quis humoꝛ dominatur
in coꝛpoꝛe humano.
Si igitur vꝛina apparuerit tenuis ⁊ alba melancolia
dominatur.
Si vero apparuerit alba ⁊ ſpiſſa ſignificat flegma
dominari.
Si autem apparuerit ſpiſſa ⁊ rubea ſanguis domi-
natur.
Si vero rubea ⁊ tenuis colera dicitur dominari.
Et nota ſuper eadem.
Et nota quod ſanguis in anterioꝛi parte capitis domi
natur.
Colera in dextra parte capitis.
Flegma in poſterioꝛi parte.
Melancolia in ſiniſtra parte capitis dicitur dominari.
Circulus rubeus in anterioꝛi parte capitis doloꝛem ſi
gnificat.
Circulus albus in poſterioꝛi parte doloꝛem ſignificat.
Circulus niger in ſiniſtra parte ipſius capitis doloꝛem
vt factum eſt maniſeſte demonſtrat. ſm pꝛedictuꝫ mo-
dum de iudicijs ⁊ demōſtratiōibus vrinaruꝫ ſufficiat.


aa bb cc a b c d
Due vene retro aures
ex vtraqȝ parte valent
ad bonam memoriam
⁊ ad mundificandum
vultuȝ a puſtulis ⁊ cõ
tra omnes alias macu
las faciei.
Uena ſub mento valet
contra dolorem maxil
larum ⁊ contra pruri-
tum ⁊ fetorem nariuȝ
⁊ dolores faciei ⁊ con
tra dolores ⁊ puſtulas
pectoris.
⁊
e
f
g
Uena ſub vtraqȝ parte aſel
le inciſa facit hominem ridẽ
tem mori ⁊ talis vena balſe-
cos vel balſetes appellatur.
Omnes vene brachiorũ ſunt
ante comeſtionem minuẽde.
Uena trãſiens a ſiniſtro ⁊ cur
u o mõ in ambobus brachiis
de bet incidi contra dolores
pe ctoris ⁊ pulmonis. Et inci
ſio ipſius valet etiaȝ illis qui
grauiter anhelitum attrahũt
⁊ ſpiraminis grauamen habẽ
tibus.
h
Uena in ambobus lateribus
corporis debet incidi contra
puſtulas antiquas ⁊ cõtra in
f rmitatem frigidam ⁊ liente
riam ⁊ quando homo nõ po
teſt habere digeſtionem.
Uena baſilica ⁊ epati
ca ſolet aperiri p paſ-
ſio ne epatis ⁊ ſplenis
au t pfectius edocetur
cir ca manũ ſiniſtram.
z
i
k
y
Uena pulſatilis inciſa
icardiaca paſſiõe mul
tum profert.
x
ï
m
Uẽtoſe poſite ſub renibus va
lent apoſtematibus coxaꝝ ſca
biei podagre ⁊ ventoſitate ve
ſice ⁊ pleureſi.
u
n
Due vene de coxis ⁊ due de ti
biis ⁊ vnaquoqȝ in vtroqȝ pe
de valet cõtra dolorẽ coxarũ ⁊
ti biarum ⁊ cruriũ vtriuſqȝ pe
dis aut ſi irmitas euenit ex ve
ſica artetica podagra ſciatica
ydropiſi valet etiã contra ner
uorũ conſtrictioneȝ et tumo
rem et menſtruorum ſubtracti
onem.
Uena ſub preputio
valȝ contra ydropi
ſiȝ ⁊ cõtra oẽs cor-
poris tumores.
t
ſ
r q p o
Due vene interiores ſub talis
in vtroqȝ pede valet cõtra are
nã ⁊ calculũ ⁊ valent mulieri
b⁹ poſt partuȝ nõ bene purga
tis valet ẽt illis q̃ nõ ſũt bñ di
ſpoſite ad recipiẽdũ ſemen ⁊
etiã mlierib⁹ q ius ſuũ ñ hñt.
Vena in vtroqȝ pede ſu
pra pedicã maioreȝ valet
ꝯtra obtalmiaȝ et ꝯtra fa
ciei puſtulaſ et mẽſtruoꝝ
retentiones et cõtra cõce
ptionem et ꝯtra puſtulas
crurium.
Due vene iferiores iuxta
preputium valent tume
factionibus teſticulorum
et dolori renuȝ et ficteris
et vitiis.
Vena ſupra preputiuȝ va
let contra tumores et in
flationes teſticulorum et
cõtra omnia vicia veſice
ex arena calculo et cõtra
alia mala.
Vene ſaluatelle in dextra pte
corporis valent contra ycteri
tiam. ver. Dat ſaluatella mihi
plurima dona minuta. In na
turalem tollit de corde calorẽ
Purgat epar ſplenem pectus
precordia vocem.

a Uena in medio frontis percuſſa valet contra apoſtemata oculoꝛum ⁊ contra emigraneam: ⁊ contra doloꝛes capitis grauiſſimos: ⁊ contra mentis alienationē: ⁊ contra freneſim ⁊ contra nouam lepꝛam.

b Due vene in collo incidunt propter humoꝛes ⁊ reuma capitis. Nota omnes vene capitis poſt comeſtiōeꝫ ſunt minuende excepta vena ſub mento.

c Uena iuxta nares inciſa purgat caput ⁊ iuuat auditū.

d Due vene in faucibus oꝛis quelibet valet contra puſtulas faciei. ⁊ contra ſcabiem capitis: ⁊ contra doloꝛem dentium ⁊ mandibularum. Et etiam valet contra grauedinem capitis gutturis ⁊ oꝛis.

e Uena labioꝛum contra apoſtemata in oꝛe exiſtentia ⁊ etiam in gingiuis ⁊ etiam in carne qua radicantur dentes.

f Uena ſummitate naſi valet contra grauedinem capitis: ⁊ nimium fluxum oculoꝛum.

g Due vene ſub ligua valent ambe cōtra doloꝛes dentium ⁊ gingiuarum: ⁊ contra reuma capitis: ⁊ contra apoſtemata gutturis ⁊ contra ſquinantiam ⁊ contra omnia vitia oꝛis.

h Uena cephalica capitis percuſſionibus inciditur: ipſius capitis vt melius ex alio latere in manu ſiniſtra in pꝛincipio. Item omnes vene manuū ſunt poſt comeſtionem minuende.

i Uena coꝛdiaca coꝛdis ſeu coꝛalis hoc eſt vena mediana inciditur pꝛo paſſionibus ſpirituum ⁊ plenius i manu ſiniſtra valoꝛ eius declaratur.

k Uena purpurea contra paſſiones minuitur interioꝛum.

l Uena iliaca ⁊ titilaris aperitur pꝛo paſſionibus inferioꝛum.

m Saluatella in dextra manu minuenda eſt quando peccat ſanguis in qualitate vel in quantitate vel i vtroqꝫ: qꝛ epar eſt in dextro latere matrix autem ſplen ⁊ renes ad ſiniſtrum latus declinant.

n Uena in poplitibus inciſa facit hominem inceſſanter incedere. Item omnes vene crurium ac peduꝫ poſt commeſtionem ſunt minuende.

o Uena ſub vtroqꝫ genu valet contra apoſtemata ⁊ doloꝛes renum ⁊ lumboꝛum coxarum ⁊ veſice: ⁊ arteticas pꝛeciſiones mirabiliter curat.

p Uena gibbo inciſa purgat melancoliam ⁊ confoꝛtat renes.

q Uena, veniens ad pollicem inciſa valet idropiſis ⁊ inflatis: ⁊ etiam contra ventoſitatem.

r Due vene ſecte in vtraqꝫ parte coniuncte pudibundis valent contra omnia vitia verendoꝛum: ſtragurie ⁊ lienterie paſſiones: ⁊ veſice ⁊ teſticuloꝛum doloꝛes.

s Uena in vroqꝫ pede ſupꝛa pedicam maioꝛem valet contra obtalmiam: ⁊ cōtra faciei puſtulas: ⁊ menſtruorum retentiones: ⁊ contra conceptionem: ⁊ contra puſtulas crurium.

t Uena ſuper minimam pedicam inciſa valet in vtroqꝫ pede ad coleram.

u Uena inter pollicem ⁊ indicem in vtraqꝫ manu valet contra doloꝛem capitis: ⁊ contra doloꝛem oculoꝛū: contra febꝛes: ⁊ contra fellis effuſionem: ꝑtr a ophtalmiam: ⁊ contra ruboꝛem ⁊ fluxum oculoꝛum.

x Due vene exterioꝛes ſaphene ſub tales in vtroqꝫ pede fleubotomia contra doloꝛes Anchaium: ⁊ contra inflationes ⁊ apoſtemata teſticuloꝛum.

y Uena in vtraqꝫ manu ſupꝛa minimum digitum valet contra icteritiam: ⁊ contra omnia vicia ſplenis. Et contra freneſim ⁊ quācunqꝫ febꝛem.

z Uena epatica habet initium a ſtomacho: a coꝛde: a iecoꝛe: ⁊ eſt poſita vel locata ad extremaꝫ partem bꝛachij: ⁊ ſi non bene incidunt pꝛedictum locum facit tumeſcere. Et etiam ex hoc generantur apoſtemata ⁊ ſpaſmus in bꝛachijs ⁊ digitis: ⁊ etiam ſtomachi ⁊ ſplenis: ⁊ etiam contra fluxum ſanguinis de naribus: ⁊ etiam contra punctiones ſeu ſtimulationes lateris. Et inciſio ipſius pꝛecipue ⁊ pꝛincipaliter debet fieri in nonis maij: hoc eſt ſequenti die poſt feſtum ſancti Joannis chꝛyſoſtomi.

⁊ Uena mediana capit initium ſuum a pulmone. Et eſt medio bꝛachij poſita vbi non eſt mus. Et ſi non bene inciſa fuerit dat ſpiſſum ſanguinem. Et ſi bene inciditur valet contra omnes doloꝛes membꝛoꝛum coꝛdis ſtomachi coſtarum ⁊ laterum. Et etiam ſi non bene inciſa fuerit ſaniem plurimam ⁊ peſſimaꝫ mitteret: ⁊ vulnera famoſa: ⁊ ad perniciem hominem deducit: ⁊ pꝛecipue: ⁊ pꝛincipaliter inciſio vene pꝛedicte debet fieri nonis ſeptembꝛis: hoc eſt circa feſtum Natiuitatis beate virginis Marie.

ꝯ Uena Cephalica a capite habet pꝛincipium ⁊ per illam venam tranſit alia vena que mus nuncupatur q̄ aliquando inciditur loco cephalice per negligentiam: ⁊ talis inciſio impoꝛtat tumoſitatem ⁊ pꝛopinquam moꝛtem. Sed inciſio vene cephalice valet contra fluxum oculoꝛum: ⁊ contra omnes doloꝛes capitis: ⁊ etiā inciſio vene pꝛedicte valet contra caducum moꝛbum: ⁊ inciſio ipſius bona eſt ſequenti die poſt feſtum ſancti Ambꝛoſij ſeu in nonis Apꝛilis.

ꝝ Due vene in occipite ex vtraqꝫ parte valent contra querelam capitis inani: ⁊ ſtupoꝛem mentis: ⁊ amiſſionem rationis.

aa Uena in concauitate aurium ex vtraqꝫ parte valet contra tremoꝛem capitis: ⁊ contra tinnitum aurium: etiam valet contra nouellam ſurditatem.

bb Due vene in timpoꝛibus valent contra doloꝛeꝫ aurium: nimiam effuſionem lachꝛymarum de oculis: ⁊ contra emigraneam: ⁊ ſm Auicennam non debent minui in quibus requiritur potentia generandi: quia per iſtas venas euacuātur ſpiritus: quia natura miſſi ſunt ad fetum generandum.

cc Uena in angulis oculoꝛum in quelibet parte valet ad clarificandum viſum: ⁊ contra omnes fluxus ⁊ maculas oculoꝛum. ⁊ maxime albulam ⁊ nebulam: ⁊ palpebꝛe inuerſionem.

¶ Jſta tabula tractat de indicijs venarum ⁊ de minu-
tionibus earundem vna cum cautelis.

MJnutio alia per metateſim: alia
per antifraſim. ⁊ ſi ſit inuetera-
ta paſſio fiat minutio per meta-
teſim. Si vero recens per anti-
fraſim. per metateſim debet fie
ri quando ex eadem parte in q̈
eſt egritudo extrahitur ſanguis
per antifraſim fit quando ex cō
traria parte fit minutio ſeu fleu
botomia quod eſt idem. Conſi
derandum enim eſt an materia fuerit furioſa vt in an-
trace per metateſim: tunc debet fieri minutio. Simili-
ter ſi quis punctus fuerit ab animali venenoſo per me
tateſim minuatur. Sed quia iuuenes humidant cali-
dis humoribus: in horum calidorum humorum cauſa
debent fleubotomari. Cum igitur ſanguis humidet an
te tertiam ⁊ colera inter tertiam ⁊ nonam ⁊ ipſi iuue-
nes in his horis debent fleubotomari. Si enim humi-
des frigidis humoribus ⁊ maxime melancolica in ho
ra melancolie ideſt poſt nonam. preterea vt ait Galie-
nus in tegni. Si quis habet ſtomachum debilem caue
re debet fleubotomiam ⁊ maxime de venis que ſunt
implicatiuis brachiorum. Et nota ꝙ luna non ſit i me-
dio geminorum quando minuitur de ipſis venis im-
plicatis ipſorum brachiorum neqꝫ etiam ſuper ſpatu-
las ventoſe debent apponi. Et ſi ſanguis exierit niger
tollatur vſqꝫ ſit rubicundus. Si ſpiſſus vſqꝫ fit rubicū-
dus: ⁊ vſqꝫ ad tenuitatem. ſi aquoſus vſqꝫ ad groſſici-
em. Et ſi ſanguis non poteſt exire: clauſo enim fleubo-
tomie vulnere cum digito poſtea ſubito cum maior im
petu exit ſanguis ⁊ fumoſus.

Cautela alia.

IN fleubotomia quattuor poſſūt attendi ſci
licet: tempus conſuetudo: etas ⁊ virtus. in
tempore calidiſſimo non debet fieri fleubo
tomia: qꝛ humores ſunt pturbati: ⁊ ſic exi-
rēt ita cito boni ſicut mali. nec in tempore
frigidiſſimo qꝛ humores ſunt compacti in
corpore ⁊ difficiles ad educendum ⁊ citius exirent bo
ni q̄ꝫ mali. Jn noua vero luna non debet fieri fleuboto-
mia: quia corpora ſunt ab humoribus euacuata ſꝫ per
fleubotomiam magis euacuarentur. Conſuetudo de-
bet attendi. ſi ſenex non conſueuit fleubotomari nō mi
nuat propter conſuetudinem ⁊ debilitatem. Etas etiā
eſt attendenda quoniam ante duodecim annos nul-
lus debet fleubotomari neqꝫ ſenex ſenio conſtitutus.
Tamen ſunt quidaꝫ fortes ⁊ vigoroſi ⁊ tales poſſunt
magis minui: virtus enim cōſideratur maxime: fortes
eniꝫ minui debent: debiles vero nō: vnde virtus ⁊ etas
magis attenduntur q̄ꝫ tempus ⁊ conſuetudo.

¶ Jſta conueniunt fleubotomiato.

FLeubotomiato iſta conueniunt. panis fermē
tatus bene coctus triticus vinum leue quod
ſtomachum non grauat oua ſorbilia piſces
aſpratiles ⁊ carnes porcine ouine arietine
pulline. Juuenuꝫ beſtiarum parua poma que
tunc reperiuntur: caules non comedantur: qꝛ generant
venenum in ſtomacho neqꝫ caſeum nec aliqua que de
eo cocta ſunt. Ait nanqꝫ Galienus hippo. apho. lxiiij.
particule quinte. lac dare febricitantibus vel caput do-
lentibus peſſimum eſt: ipſa die ſomnum vitetur. Nam
per ſomnum ſolet quedam parua accenſio febrium ac-
cendi ⁊ lippothemiā incurrere. i. defectū cordis vel te-
nebroſitatem oculoꝝ vt quibuſdam extaſim pariat.

Utilitas fleubotomie.

FLeubotomia eni mentem ſincerat: prebet
memoriam: ſenſum ſubtiliat: vocem ſubti
liando clarificat: lumen acuit: auditū tem
perat: digeſtionem prouocat: ſtomachum
adiuuat: ſanguinem malū expellit: naturā
cōfortat. Et cū ipſa malos humores extir
pat. Et longius vite ſanitatem amminiſtrat. vnde ait
Aui. quarta p̄mi. cap. xx. in principio. Fleubotomia eſt
vniuerſalis euacuatio oīum humoꝝ: laborans ex ſino
tho. i. ex nimio ſanguine vel ex ſinothio. i. ex ſanguine
putrefacto ſtatim minuaꝛ omni tp̄e cōi niſi ꝙ luna fue
rit in medio ſigno geminorum. Dicitur autem a ſinos
quod eſt febris ⁊ nocha quod eſt ſanguis. verſus.
Sinocha de multo: ſed ſinochus putrefacto.

LAborans effimera contra ſinotham, infla
tam minuat de vena madiana ⁊ de vena
cordiaca dextri brachij i eſtate. ſiniſtri ve-
ro in hyeme. ¶ Effimera enim eſt febris
que durat per vnum diem vel paruꝫ plus
vel parum minus. ¶ Laborans effimera
ex cauſa calida vel ieiunio minuaꝛ de vena capitis vtri
uſqꝫ brachij. ¶ Laborans effimera ex ieiunio ⁊ frigidi
tate caueat minutioneꝫ. ¶ Laborans ex freneſi minua
tur de vena capitis vl' de vena in medio frontis. ¶ La
borans effimera ex debilitate minuat cum ſetis porci-
nis de naribus ſuis. ¶ Laborans eff mera ex litargia
minuat inter mediū ⁊ auriculare. ¶ Laborans ex ſq-
nantia minuat de cephalica vtriuſqꝫ brachij. ¶ Labo-
rans effimera ex apoſtemate minuat de vena veniente
ad auricularem digitum. ¶ Laborās effimera ex pleu
reſi minuat de vena cordis ꝑ metateſim hoc eſt ſi pleu
reſis fit in ſiniſtro latere fiat minutio i ſiniſtro brachio.
Et ſi pleureſis in dextro fuerit brachio ſeu latere: tunc
fiat minutio in dextro latere vel brachio. ¶ Laborans
ex quotidiana īterpollata minuat de vena mediana id
eſt de vena cordis. ¶ Laborās ex quotidiana ex vtro-
qꝫ flegmate minuat de vena dextri brachij in eſtate. ſi-
niſtri vero in hyeme. ¶ Laborās ex flegmate ſalſo cuꝫ
pruritu fiat ſcarificatio in tibijs. ¶ Laborans ex tertia
na minuat de baſilica ideſt de vena epatis dextri bra-
chij in eſtate. ſiniſtri autem in hyeme. ¶ Laborans ex
quartana minuat de ſaluatella ſiniſtre manus inter me
dium ⁊ auricularem. ¶ Laborans ex quacunqꝫ acuta
minuat de baſilica vſqꝫ ad quartum diem. ¶ Laborās
ex febre ethica minuat de mediana ideſt de cordiaca.
¶ Laborans ex hidropiſi quacunqꝫ minuat de vena
epatis dextri brachij in eſtate. ſiniſtri autem in hyeme.
¶ Laborans ex ictericia de baſilica vtriuſqꝫ brachij in
eſtate ⁊ in hyeme. ¶ Laborans ex melancolia ina-
nia ⁊ freneſi minuat de vena que eſt in medio fron-
tis. ¶ Laborans ex epatis calefatione minuat de
baſilica dextri brachij. ¶ Laborans ex vitio ſple-
nis minuat de ſaluatella ſiniſtre manus. ¶ Labo-
rans ex vitio renum matricis ⁊ veſice minuat de ſa-
phena interiori ideſt de vena que eſt ſub talo interio-
ri vtriuſqꝫ pedis. ¶ Laborans ex ventoſitate ⁊ in-
flatione incidatur vena que dirigitur ad pollicem vtri
uſqꝫ pedis. ¶ Laborans ex partibus inferioribus
minuat de ſaphena interiori ⁊ exteriori pedis. ¶ La-
borans ex ſciatica minuat de ſaphena exteriori pe-
dis partis dolentis. ¶ Laborans ex podagra minu-
at de ſaphena ⁊ de baſilica interiori ⁊ exteriori vtri-
uſqꝫ pedis.

¶ Remedium.

¶ Contra

¶ Contra inflationem venarum poſt minutionem. Recipe rutam abſinthium ⁊ ordeum hoc totum cōtunde: ⁊ in patella calida confice ex illis ad modum emplaſtri ⁊ liga ſuper tumorem ⁊ ſanabitur.

¶ Aliud remedium.

¶ Cōtra debilitatez venaꝝ cū hō ſenſerit ꝙ eſt piger ⁊ grauis in toto corpore ⁊ plenus doloribus ante ⁊ retro in capite ſuo talis minuat ſanguinem de vena epatica q₂ mirabiliter ꝑ hoc curabit. Super iſto dicit Galienus q₂ generat hūores peſſimos in ſanguine illo: itrinſecus ſanies ⁊ vlcera magna generant ⁊ oriunt ſi cito minutio nō occurrat ꝑ venas naturales. Et quaſi eedē vene naturales nō recuperant q₂ ſunt debilitate ꝑ naturā imundā hoīs ſine iminutiōe q₂ ſunt obſtructe ſanguine malo. Jō aperiri debent al's deſtruent: ſicut auꝝ q̄₃diu ſepelit ⁊ calidat in igne. Taliter ēt hō deſtruit ſi ſibi minutiōe mediāte nō ſuccurrat vel alīs medicinis. Jtē dicit hippo. apho. ꝑma ꝙ hō nimis languoribus debilitatus ꝑ minutionem ſanabit ⁊ diſſoluetur.

SJ igit tempus bonum fleubotominandi ſm electionem ⁊ nō neceſſitatē quātum ad locū lune ⁊ nō aliarū planetarū quod tamen eſt neceſſariū pro tempore multo bono ⁊ laudabili optas ſcire. Nota ꝑmo regulas generales. Prima i tempore nouilunī ⁊ plenilunī nō valet fleubotomia. Et ſi luna non fuerit in bono ſigno. item incidere membrū cū ferro luna exiſtente in ſigno illud membrū reſpiciente horrendū eſt. item luna exiſtente in ſignis aeris vel igneis plus valet operatio vene q̄₃ ipſa exiſtente in ſignis terrenis vel aquaticis. Quapropter iuuenes vel viri in augmento lune ſunt fleubotomandi. ſenes vero in defectu. verſus. Luna vetus veteres: iuuenes noua luna regrit. itez tempore veris ⁊ eſtatis fleubotomia fieri debet de parte dextra. Tempore autem autumni ⁊ hyemis de parte ſiniſtra. verſus. Uer eſtas dextras autumni hyemis quoq₃ ſiniſtras. Jncidunt venas morboſo ſanguine plenas. Jn ſe vel iuuene ſi ſint vene ſanguine plene. Omni menſe bene confert inciſio vene.

CUm igitur quantum ad ſignum lune tempus minutionis ſcire volueris tunc predicta videas quando luna fuerit in ſigno bono ⁊ valente pro minutione tunc ipſo die minutio erit bona. Stante illo ꝙ eodez die nec ſit nouilunium nec plenilunium: ⁊ ſic de alīs regulis prout dictuz eſt obſeruatis. Et ſi potes aſpectum lune ad alios planetas ⁊ aſcendentia cōſeruare bonū erit. Nam ſtat ꝙ luna ſit in bono ſigno. ſed forte coniuncta vel aſpecta aſpectu malo a ſaturno vel a marte. Et ſi quidem ex parte ſigni lune valet apertio vene. tamen propter coniunctionem vel aſpectum non valet. Si tamen hec oīa haberi nō poſſunt: habetur tamen luna in ſigno bono ⁊ ſatis ad preſens erit: pro tpe electionis: ⁊ iſte ſunt regule aſtronomicales.

¶ Medicinales vero ſunt alie multum neceſſarie que alibi videri debent: obſeruentur tamen iſte. Primo ꝙ aer filius diei ſit clarus temperatus: non multum frigidus: aut calidus: non turbidus: aut pluuioſus: aut corruptus. verſus. Jan. feb. april. maī nouen. ſep. atq₃ december. verſus. His minue venam lunam dum videris aptam. Jn his feſtis cōmuniter celebrat fleubotomia.

¶ Jtem alī verſus. Martini Blaſii Philippi Bartholomei. Uenas precidant vt longo tempore viuant. Jn his metris continentur feſta circa que feſta proprie cōtingit fieri cōiter fleubotomia. Non ꝙ ſemper valeat i illis feſtis ſed prope illa feſta.

¶ De iudicio cruoris.

AD iudicandū cruorem de vena āmiſſū. Prio ſi eſt ſpiſſus male ſe h₃ circa pectus. Si flaueus male circa ſplen. Si glaucus male habens circa iecur. Si āt durus ⁊ niger nimis timuiſti. Si eſt rufus habēs nigrū circulū eſt cā debilitatis capitis. Si aūt eſt rufus niger durus ⁊ coagulatus time paraliſim. Si aūt eſt niger ⁊ aquoſus nimis time febres q̄rtanas. Qn̄ eni eſt aq̄ iferius ⁊ aq̄ ſupiꝰ tūc hidropiſiz. Cū aūt eſt cruor valde rufus ⁊ paꝝ aq̄ habēs ſupius hilarē vultū facit: ⁊ eſt ſignuz ſanitatis.

Uerſiculos nota quibus cernes experimenta.
Sanguinis emiſſi de venis ordine tali.
Si cruor eſt albus hominis quaſi ſpuma repertus.
Tuſſim deſignat: pulmoni dolorq₃ paratur.
Et ſi ceruleus ſanguis fuerit ſpeculatus.
Eſt de feruore: tunc dolor in iecore.
Sanguis preterea ⁊ nare videtur in vnda.
Phyſicus hunc hominem pati dicit lapidem.
Si ſiccus ſanguis fuerit varīq₃ coloris.
Et velut collum columbi ſit rubeuſq₃.
Talem paraliſis vexat vbiq₃ ſatis.
Si ſanguis pure pellis dinoſcitur eſſe.
Jnter cutanea peſtis ibi tunc dominatur.
Si natitant globuli tunc fiant vulnera cauſam.
Si rufus pulcher ſit ⁊ vnda parumper.
Eſt talis ſanus non tibi ſit iſte dubius.

¶ Debet aūt minutus ſibi cauere maxie in ꝑmis tribus diebus a ſupfluo cibo ⁊ potu aut forti exercitio. i. labore ⁊ ſupfluo ſōno maxie in ꝑma die: triſtitiaq₃: ⁊ ſollicitudine: hec eni ſanguinē corrūpūt ⁊ in genus melācolie ꝯuertūt. Quartoq₃ die vl' q̄nto poſtq̄₃ vulnus ſolidatū fuerit. balneū itrare ⁊ tꝑate ibidē manere iuuatiuuz eſt: fiat aūt ipſo die exiſtēte in balneo moderata ⁊ ſuauis fricatio circa corpus: exiens aūt a balneo cauet ſibi a frigore: imo o₃ inuolutus ſudario ⁊ ſufficientibus operimentis veſtitus maneat in domo tēperati aeris.

Uerſus.

Prima dies vene gaudet moderamine cene.
Altera leta dies: tertia vero quies.
Poſtq₃ dies quartus cunctos exterminat actus.
Hincq₃ dies quintus virtutes colliget intus.
Balnea ſexta petit: ſed ſeptima vult ſpaciari.
Percipit octaua ludere cum domina cara.

¶ Sequitur de. xīī. ſignis zodiaci: ⁊ primo de ariete.

¶ Luna exiſtēte in ariete bonū eſt ſanguinē minuere d̄ brachīs. balneū itrare. ſcribere incipere. Fenū falcare. Ad mercādū ire. foramē cemneti incēdere. Et oīa que cūq₃ igne fiūt bonū eſt opari: malū eſt medicari. Turrim ⁊ caſtrū vel domū edificare incipe: nō eſt bonū ſanguinē d̄ manibus minuere nec vētoſas ponere debes.

Taurus.

¶ Luna exiſtente in tauro bonū eſt ſanguinē minuere: hortos facere: ſeminare vineas. ⁊ arbores plātare. Nā cito creſcūt ⁊ multū durabūt: bonū eſt manſiōes edificare: vxorē ducere: ⁊ oīa lignea opa icipere: bonum eſt terras emere ſicut agros: ⁊ hmōi: ⁊ arare incipere: malum eſt medicare collū: oculos: guttur: ⁊ vngulas.

Gemini.

¶ Luna exiſtēte in geminibus bonū eſt icipere ea que ptinēt ad duo. ſ. ad mr̄imoniū: ad ſocietatē: de amicitia tractare: bonū ſtabilia facere. Jncipere plātare. Jre an̄ iudices: malū eſt medicare i hūeris: ſcapulis: brachīs: vlnis ⁊ manibus: ſeu vngues d̄ manibus icidere. Jtez icipere minuere de brachīs: bonū tn̄ potionez ſumere.

Cancer.

¶ Luna

¶Luna exiſtente in cancro bonū eſt ſanguinē minuere ⁊ medicinā ſumere: ⁊ facere ea que cū aqua fiūt vt ſūt molēdina: piſcine: ⁊ aqueductus: itrare nauē: iter accipere: nouā domū itrare: ⁊ mutare d̄ vna domo in aliā: ⁊ vxorez ducere: ⁊ beſtias minutas emere: vt porcos: oues: capras: ⁊ cōſimilia. Malū eſt medicari pectus: pulmonem: ⁊ ſplenem: ⁊ domum edificare.

Leo.

¶Luna exiſtente in leone bonū eſt icipere ea que cum igne fiunt: fundare caſtra: domū intrare: loq poteſtatibus ſeu pncipibus: ꝯfirmare mr̄imoniū. malū eſt medicari ſtomachū. Cor: ⁊ pectus: latera potionē ⁊ medicinā ſumere. Malū eſt ēt medicari Epar ⁊ oia iteriora iter longum incipere nouam veſtem induere.

Uirgo.

¶Luna exiſtēte in virgine bonū ſeminare: ⁊ colere terrā: ⁊ plātare vineas: ⁊ arbores: ⁊ hortos facere: ſcribere icipere: ⁊ oia operari que vis germiari: tractare pacē: iduere nouā veſtē. malū eſt medicari ventrē ⁊ oia iteriora ventris. malū ēt eſt vxorē ducere qꝛ ſterilis erit aut paucos filios gn̄abit: locū mutare: ⁊ facere ea que cū igne fiūt ꝫ medicinam ſumere multū laudabile eſt.

Libra.

¶Luna exiſtente i libra bonū eſt ſanguinē minuere: rōnē ponere. Emere vendere ponderare oia q̄ ſūt ponderabilia. malū eſt medicari iteriora vētris. Renes ⁊ veſicam ⁊ ea que ſunt vſqꝫ ad pudibunda: ⁊ oia incipere facere que cum terra fiūt.

Scorpius.

¶Luna exiſtēte in ſcorpiōe nō video ꝙ ſit aliqd̄ bonū facere: qꝛ tūc eſt in ſuo caſu ⁊ ifortunio. Jō ipſa debilitaꝛ ⁊ ipediꝛ in bonis opatiōibus tn̄ bonū eſt balneari ⁊ ea facere q̄ cū aqua ⁊ de aqua fiūt. Malū eſt medicari mēbra virilia vt ꝓputiū: anū: vel aliquē vulneratū arborē ⁊ montē aſcēdere. Jter facere ⁊ ꝑcipue ꝑ terrā vel ꝑ nauim.

Sagittarius.

¶Luna exiſtēte in ſagittario bonū eſt ſanguinē minuere: balnea intrare: caput radere: capillos precingere: diſcordes recōciliare: copulationē inter amicos facere: ſocietatem firmare: puerum ad artem applicare: matrimonium intrare ſeu ordinare: ſed non perficere qꝛ ſterilis erit vxor in pueris. ⁊ ſuperba. bonum eſt facere omnia que pertinent ad conſtructionem domorum: terram colere: ⁊ hortos facere: malum eſt facere medicari coxas: femora additiones membrorum.

Capricornus

¶Luna exiſtente in capricorno. bonum eſt facere ea que cum terra ⁊ de terra fiunt vt ſeminare ⁊ vineas plantare venari aucupari: ⁊ omnia inſtabilia exercere. Jter incipere verſus meridiem. malum eſt vxorem ducere: ⁊ facere ea que cum igne fiunt. Non eſt bonum minuere nec potionem ſumere: nec in genibus nec in neruis facere medicinam: nec in aqua laborare.

Aquarius.

¶Luna exiſtente in aquario bonum eſt vxorem ducere intrare domum. Jter incipere ad orientem loq p̄latis ⁊ oibus alijs dignitatem habentibus. malū eſt medicare tibias ⁊ c̄. vſqꝫ ad cauillas pedū. Jter longū icipere.

Piſcis.

¶Luna exiſtente in piſcibus bonum eſt ſumere medicinam ⁊ potionem. Et quicquid pertinet ad geminationem vt amicitias tractare: rationem ponere: vxorem ducere. Et ea facere que ad aquam pertinent vt molendina ⁊ aqueductus. Jter per aquas incipere: ⁊ fundare eccleſias ⁊ alia edificia. malum eſt pedes medicari ⁊ omnes partes eorum.

| | |
|---|---|
| Taurus<br>Uirgo<br>Capricornus. | frigida ⁊ ſicca |
| Cancer<br>Scorpio<br>Piſces | frigida ⁊ humida |
| Aries<br>Leo<br>Sagittarius | calida ⁊ ſicca |
| Gemini<br>Libra<br>Aquarius | calida ⁊ humida |

¶Et nota ea que dicta ſunt de flebotomia de. xij. ſignis zodiaci debēt itelligi ſolū ſm motū lune: ⁊ nō aliorum planetaꝝ quo ad tēpus electiōis pro ſanitate ꝯſeruanda: nō aūt ad tēpus neceſſitatiſ igiꝛ nec ſignū nec hoꝝ cōſiderare: qꝛ indigenti nulla lex eſt ipoſita. Jndigens igitur aut expectare dꝫ: ſed minuere in nomine domini noſtri Jeſu xp̄i dum neceſſe eſt: ⁊ oportet. verſus.

Ar li de vena bene fundunt vena ſagitta.

Can capis vir media cetera dico mala.

Fleubotominandū eſt oi tpe ſi neceſſitas vrget: ⁊ maxie luna. iij. viij. xi. xiij. xvi. xvij. xviij. xxvi. Quia tūc minutio melior eſt q̄ꝫ alijs diebus. Jtē ſanguinez minuere vtiliſſimū eſt ab viij. kal'. Julij vſqꝫ ad. xv. kal'. Auguſti: qꝛ tūc creſcit ⁊ augmentaꝛ ſanguis. Dies caniculares ititulaꝛ a. xv. kal'. Auguſti vſqꝫ ad nonas ſeptembris in qbus nō eſt fleubotomandū: nec potio eſt accipiēda. fleubotomia non eſt vtilis ab. viij. kal'. octobris vſqꝫ ad. viij. kal'. decēbris vt nociuos hūores quos eſtiuuz tempus contraheret. Autumnus deperdat ⁊ ſicca colera vſqꝫ ad ſcōm autumnum ſecurus eris.

Sanguinem nō minuas nec de anſere comedas: neqꝫ potionē ſumaſ. vij. ⁊ ix. die Aprilis. ⁊ kal'. Auguſti: ⁊ vltia die Decembris ꝑſertim ⁊ vltima die Junij: qꝛ tunc vene nimis plene ſūt. Jō in hoibus ⁊ pecudibus fleubotomie inciſis vel alijs aialibus vulneratis piculoſum eſt: hō etiā q in iſtis diebus natus eſt vel fuerit: aut morte mala: aut maximo labore peribit. ¶Jtē die Januarij vltimo ⁊ Februarij vult ꝑmo: hō q natus fuerit poſt mortē ſuā nūqꝫ putredine ſolueꝛ. Et nota ꝙ hoies ſani de mane habent vrinā albam. Ante prandium rubeam. Poſt prandiū candidā. Et ante cenā calidā. Cauendū eſt etiā ſūme ne aliqs in ſubnotatis diebus minuat: qꝛ pericula ex hoc eueniūt infraſcripta. Si ſexto kalēdas Januarij aliqs ſanguinem trahit: aut moritur infra annū: aut viſus: aut alius ſenſus ei minuetur: aut febre capieꝛ. Si octauo kalendas Februarij: aut mortē aut ſpaſmuz cordis: aut paraliſim patieꝛ. Si pridie kalendas Martij: aut moritur: aut ſpaſmū: aut paraliſim: aut febrem ſuccurrit: etiam ſi qs quocunqꝫ die alio in predicto in Martio minuetur ille in Auguſto febricitabit. Si tertio idus Aprilis: aut ſtatim aut quarto die morietur: aut patietur febrem: aut ſpaſmum. Si tertio vel quinto kalendas Maij: aut moritur aut febres incurrit: aut diſſolutionem mentis habebit. Et ſi primo nonas Maij: aut moritur: aut emigraneam patietur. Si tertio idus Junij: aut epilenſiam: aut elephantiam incurrit. Si Octauo kalendas Julij: aut moritur: aut i extaſim vertitur: aut in iecore dolebit. Et ſi qnto nonarū

Julij

Julij:aut moritur:aut obliuioſus erit:aut viſcera in frigora ſuſtinebit. Si nono kalendis Auguſti:aut ſtatiꝫ: aut quinto die moritur. Et ſi eodem die potionem ſumpſit ante trigeſimam diem morietur. Si tertio kalēdaſ Septembris:aut infra annum morietur:aut freneſim patietur:aut viſus oculorum eius extinguetur:aut ſcabiem:aut pruriginem:aut ſudorem fetidum ſuſtinebit. Et ſi tertio nonas ipſius Septembris:aut morit᷑ : aut ſpaſmum habebit. Si duodecim kalendas Octobris aut morit᷑:aut hebetudo ſibi occurrit:aut icteriti⁹ erit.

¶ Sequitur de duodecim menſibus.

¶ De Januario.

IN iano claris calidis cibis potiaris.
Ne tibi languores ſint aptos ſume liquores.
Nec minui cogita:contraria fercula vita.
Balnea ſint grata ⁊ potio ſit moderata.

¶ Februarius.

Gignitur occulta febzuo febris tibi multa.
Si comedis betam necnon aucam vel anetam.
Potio ſumatur:in pollice tunc minuatur.
Frigida vitentur ſed balnea ſana videntur.

¶ Marcius.

Marcius reſerat humores:gignitqꝫ dolores.
Sume cibum pure coctana ſi placet vre.
balnea ſint aſſa nec dulcia ſint tibi caſſa.
Uena nec habēda nec potio ſit minuenda.

¶ Aprilis.

Se probat in vere vires aprilis habere.
Cuncta renaſcuntur pori tunc aperiuntur.
Hincqꝫ ſcalpeſcit corpus ſanguis quoqꝫ creſcit.
Ergo ſoluatur venter cruor at minuatur.

¶ Maius.

Maio ſecure laxari ſit tibi cure.
Scindatur vena ſed balnea den᷑ amena.
Cum validis rebus ſint balnea ſeu ſpeciebus.
Potibus aſtricta ſit ſaluia cum benedicta.

¶ Junius.

Qui vult ſolamen iulio probet hoc medicamen.
Uenā nō cedat:nec ventrem potio ledat.
Somnum compeſcat: ⁊ balnea cuncta paueſcat
At venerem vita ſit anetum ſaluia ruta.

¶ Auguſtus.

Quiſqꝫ ſub auguſto viuat moderamine iuſto.
Rare dormitet:frigus coitum quoqꝫ vitet.
Nec minui cogita:contraria fercula vita.
Potio vitatur:ac lotio nulla paratur.

¶ September.

Fructus maturi ſeptembre ſunt valituri.
Sed pira cum vino:panis cum lacte caprino.
Atqꝫ diuretica potio tibi fertur amica.
At venam pandas ſpecies cum ſemine mundas.

¶ October.

October vina preſtat:valetqꝫ ferina.
Necnon ancina caro conuenit ⁊ volucrina.
Quantum vis comede:ſed non precordia lede.
Quãuis ſit ſana tamen eſt repletio vana.

¶ Nouember.

Jſta nouembre datur tibi regula medo bibatur.
Si vita queritur mel ⁊ zinziber comedatur.
Balnea cum venere tunc nullum conſtat habere.
His vir ſeneſcit ydropiſis quoqꝫ creſcit.

¶ December.

Sane ſunt membris calide res menſe decembris.
Caulis vitetur:capitalis vena ſecetur.
A frigore caput tegas vt ſanus bene degas.
Ne nimis egrotes cinamoma repuntica potes.

¶ Aries in prima conſtitutione cepit videre:hoc eſt ꝙ hominis caput habere dicitur.
Taurus:habet collum ⁊ guttur.
Gemini:ſpatulas vſqꝫ ad manus.
Cancer:pectus ⁊ pulmonem.
Leo:ſtomachuꝫ.
Uirgo:epar: ⁊ inteſtina: ⁊ circa ventrem.
Libra:renes:anchas: ⁊ veſicam.
Scorpius:circa verebunda: ⁊ vaſa ſeminaria.
Sagittarius:coxas.
Capricornus:genua.
Aquarius:tibias.
Piſces autem pedes.

¶ Et ita membra humani corporis per ſigna superceleſtia diuiduntur.

¶ Luna exiſtente in ſigno membri patientis nulluꝫ medicamen facias illi membro


Aries eſt ſignū menſis martij. Malum eſt mederi in capite et tunc qui in capite percutitur : aut moritur aut remanet leſus.
Taurus eſt ſignum menſis aprilis. Malum eſt mederi oculis collo et gutturi: ac gargariſmuz facere.
Gemini eſt ſignū mēſis maij malū eſt mederi ſpatulis brachijs: manibꝰ et fleubotomiā
Cancer eſt ſignū menſis Junij. Maluz eſt mederi pectori. ſpleni. pulmoni et oculis.
Leo eſt ſignū mēſis Julij. Malum eſt mederi ſtomaco: cordi: neruis et lumbis et dorſo.
Virgo eſt ſignum menſis auguſti. maluz eſt mederi vētri: coſtꝭ: ⁊ diafragmati.
Libra ē ſignū mēſis ſeptēb. malū eſt mederi īferiorib ventri. Sic̄ lemori anchis ⁊ ylijs et q̄ ſūt īſertꝰ ad pudi.
Scorpius eſt ſignū mēſis octobris. malum ē mederi virilibꝰ mēbris ſicut teſticulis vrine veſice : ⁊ ana.
Sagittarius eſt ſignum menſis Nouembris: et malum eſt mederi coxis: natis et poſterioribus.
Capricornus eſt ſignuz menſis decembris. malum eſt mederi genibus et eorum neruis.
Piſcis eſt ſignum menſis februarij. Malū eſt medicari pedibus et neruis eorū et doloribus podagre: et his ſimilibus.
Aquarius eſt ſignuz mēſis Januarij. malum eſt mederi tibijs et cruribus.




Litargia
Cephalica
Caſus capillorum
Camphilargia.
Cotū i frōte añ ꝛ retro
Omniſ calor de humo
re de ambulatorio ꝛ de
ventoſitate que vagan-
tur de loco ad locum.

Vngues mali.

Secundina eſt quedaz
membrana in qua ia-
cet puer in matrice.

Ictericia. ſiccitas hu-
mor lepra morphea pa
raleſis ex frigida cauſa
vel calida frigus cōſtri-
ctio pororum.

Melancolia
Mania
Freneſis
Menopeya
In fronte ante et retro
Emptoica.
Empima
Pleureſis
Ptiſis
Fluxus reumatis
Fluxus oculorū

Vngues mali.

Sequit̃ ordiarie in iſra-
ſcriptis circulis de cōcep
tiōe qūo mulier volens
cōcipe ſe hēre d̃beat mu
lier cōcipe volētes vide-
at ne matrix ſit hūoroſa
nimis nec nimis ſicca
nec feruida nec nimiſ fri
gida ſeruato ordine mē
ſtruali pregnationis nec
habūdas varijs liquori-
bus vł albis ſʒ ſanguine
is ꝛ nec plurimis ꝛ nec
paucis ſitqʒ mulier faci-
lis digeſtionis et ꝯſerue
tur corpus intemperie.

Diafragma ē pellicula
diuidens nutritiua a ſpi
ritualibus

Ictericia ſiccitas humor
lepra morphea paleſis
ex frigida cā vel calida
frigus ꝯſtrictio pororū

Notanda ſunt aliqua ſigna cōceptionis ipſius mulieris. Primuʒ.n. ſignū ē q̄ ex pte coitus cognoſcit̃. Si.n. mulier qñ fuit in coitu cū viro poſt coitum frigus ſentit ꝛ dolores in renibus ſignum eſt cōceptionis. Itē ſi color faciei vltra modū ꝛ ſm moreʒ ſolitum eſt mutatus ſignū eſt cōceptionis. Itē ſi ali qua cibaria cōcupiſcit ſicut terrā vel carbones: ſignum ē conceptionis. Iteʒ ſi vis ſcire vtrū maſculus vel femina ē cōcepta ſi color faciei ē rubeꝰ leuis ꝛ venter in dextra pte tūc ſcit ꝛ rotūdat ꝛ lac de mamillis ſpiſſum ꝛ bene co ctum ꝛ digeſtuʒ exierit: ꝛ ſi ponatur ſup aliqđ corpus bene pollituʒ ꝛ terſuʒ ꝛ non diuiditur ſecundum partē: ſed conſtabit tunc eſt maſculus.

a ¶ Quando mulier dolet vbera. Recipe plantaginē ⁊ cōtunde bene ⁊ ſupera vbera liga: vel recipe cepe ⁊ piſta ⁊ cōcute cum antiqua axungia: ſed prius axūgiā mitte in aquā vt ſal extrahať ⁊ poſtea emplaſtra ſuper mamillam.

b ¶ Si mulier lactās puer͛ deficit lacte bibat medonē ⁊ ceruiſiam iuuenē ⁊ p̄ncipaliter caueat ne bibat vinū: ſimul excoquať feniculū cum ſemine ſuo in iuueni ceruiſia ⁊ ſuaui ⁊ bibat illud ⁊ comedat etiam illud ſemen feniculi ⁊ abundabit in lacte copioſe. Sera. Coli. Yſaac. Haly. Plinius li. ij. caplo. iij. Itē accipiat pulegium ⁊ miſce cuȝ vino ⁊ da bibere nutrienti puer͛ omni die ⁊ habebit lac copioſe. Macer. Item menta de mane comeſta prodeſt mulieribus pueros lactantibus.

c ¶ Ad expellendū fetū de muliere nouiter cōceptū. Recipe caſtoreū ⁊ coque in vino vel in braxia ⁊ bibe mane ⁊ ſero ⁊ exiet ſi erit maſculus. Si autem femella fuerit nullo modo expellens eam.

d ¶ Cōtra hoc quando ſecundina poſt partū nō educitur tunc pulueriza lapidē q̄ agates appellatur ⁊ da ī potu. Item fac ſubfumigationē cū pennis gallinnar͛ ⁊ fac eam deſuper ſedere ꝙ ad ſe recipiat fumū ⁊ curabitur. Item ſemen plantaginis poſt partū mulier bibat in potu aſſidue ⁊ deducit ſecundinam.

e ¶ De cōceptione Embrionis primo menſe fit coagulatio ſanguinis. ſcdo expreſſio corporis: tertio menſe fit connexio corporis ⁊ anime: quarto accepit vngulas: quinto accepit ſimilitudineȝ patris vel matris: ſexto facit neruorum contractionem: ſeptimo medulla conſolidatur: octauo oſſa ⁊ nerui confirmantur. nono naturaȝ mouet ⁊ infans omnium rerum beneficijs impletur ex tenebris ad lucem veniet.

f ¶ Ad libidinē excitādū. Accipe ſucci verbene duos ciatos ⁊ grana piperis. xij. ⁊ fel hircinum vel alterius animalis quantum tibi videtur hec tria cū melle ſimul cōmiſce vt ſumi poſſit ⁊ ſerua ⁊ cū opus fuerit da cuȝ vino bibere. Iteȝ renes cerui decoquanť cū vino bono ⁊ bibe quando volueris ⁊ videbis mirabilia.

g ¶ De exitu fetus in quo menſe habebat bene ſuum exitum vel egreſſum. Si. n. in octauo menſe hȝ egreſſū ſic raro viuit. cauſa huius eſt oīs fetus naturaliter tendit adortum in ſeptimo menſe: ſi tunc in octauo q̄eſcit a labore quem habuit in ſeptimo. Si vero in nono mēſe exit ſanus eſt: qꝛ q̄euit a laboribus vt dixi: ſed ſi ſtatī in octauo exierit nō viuit. Rō qꝛ debilitatus eſt ꝑ laborem ſeptimi menſis ⁊ non quieuit.

h ¶ Per quem modū puer exit de vtero nota: q̄buſdam. n. mulieribus plus accidit dolor: q̄buſdaȝ minus accidit ꝙ fetus aliquando protendit manū vel pedem in egrediendo: ⁊ hec oīa nociua ſunt: ⁊ ſic tunc obſtetrices diligenter intrudunt fetum: ⁊ ex iſto maximus dolor generatur per queȝ plures mulieres niſi ſint valde fortes debilitantur vſqꝫ ad morteȝ ſic tunc mulieres bene ⁊ experte in hoc opere debent haberi: qꝛ quedā obſtetrices vtuntur quodaȝ vnguento quo vngunt vuluā mulieris: ⁊ tunc fetus exit liber: ⁊ ſcias: qꝛ fetus naturaliter caput protendit in exitu ⁊ hoc valet.

i ¶ Ad menſtrua prouocanda viola cum myrrha ponatur in vno vaſe ⁊ repletum vas aqua pluuiali ponatur ad buliendum: ſed vas ita obſtrue ꝙ fumus nō poſſit exire ſic qꝫ coquať cōtinue ꝑ ſeptē horas ⁊ excipe ollā de igne: ⁊ mulier recipiat fumū ſeu vaporem ꝑ inferiora q̄n calidius ſuſtinere poteſt hoc medicamē facit etiam ad eas que nunq̄ȝ habuerunt menſtrua. Accipe abſinthium ⁊ rutam ⁊ decoque ī vino: ⁊ adde quinqꝫ grana piperis ⁊ bibat.

k ¶ Cōtra nimiū fluxū menſtrui. Cortex Iuniperi tritus cū vino vel aceto: ⁊ fructus eius appoſitus vel comeſtus cōpeſcit menſtruū. Itē lac aſine ſumať cū melle ⁊ felle leporis vel etiā lac aſine cū yſopo ſumptū decoctū cōpeſcit menſtruū. Item cinerē rane viridis in ſaculo ſecū portet: ⁊ nihil amittit de ſanguine kir. Et ſi volueris ꝓbare liga puluerē p̄dictū ad collū galline: ⁊ poſt vnū diem iterfice eam: ⁊ nō exibit ſanguis de ea.

l ¶ De purgatiōe m̄ricis petroſilium potui ipoſitū: ⁊ da bibendū mulieri matricem eius bene purgat yſaac. haly. vel etiam recipe radicem violar͛ vna cuȝ folijs: ⁊ coque bene in ceruiſia: ⁊ da mulieri mane.

YDroforbia dicitur paſſio melancolica in qua homines abhorrent aquam mundam: ⁊ etiā ſonum eius. ¶ Impetigo ⁊ ſerpigo ſunt infectiones cutis de colera ſubtili mixta cū humore groſſo. ¶ Incubus eſt fantaſma in ſomno comprimens corpus ⁊ aggrauans motum ⁊ loquelam ꝑturbans. ¶ Iliaca eſt paſſio inteſtinorum graciliū cū ſtipatione ventris frequenti vomitu ⁊ dolore vehemēti tanq̄ꝫ ſi inteſtina terebello perforarentur. Ileos eſt idem. Et notandum ꝙ interdum iliaca fit ex ſiccitate nimia: tunc vrina fit rubea ⁊ tenuis ⁊ tunc magnū calorem patitur infirmus. Ille curatur ſic. Ungatur oleo violarum ⁊ vnguento populeon: poſt hoc detur ei exiſatra.i.lib. illud ſumatur mane ⁊ ſero ſemꝑ tria coclearia cum aqua calida: poſt hoc ſumat ſuccū roſarum ⁊ ſcamonee mixtum cum vino calido valet ſibi cōtra idē hoc facto minuat ſub talo in pede exterius. ¶ Idrops eſt error virtutis nutritiue in toto corpore ſequens mutationem virtutis digeſtiue in epate. Et ſunt eius quattuor ſpecies.ſ. hipoſarcha. Aſclites: timpanides: ⁊ lento flegma. In timpaniti ⁊ aſcliti ſolū venter inflatur ⁊ pes ſicut poſteriora macerant̄. In alĳs aūt ſpeciebus totū corpus inflatur. cura: cōtra idropiſim. Recipe enulā campanā ⁊ cōtunde ⁊ ſuccū eius exprime per pannū ⁊ colligatur in teſtam oui ⁊ diſtemperetur cū fauo

mellis: ⁊ da infirmo omni die plenam teſtam de ſucco:
hoc fac vndecim diebus luna decreſcente vel deficien-
te quia etiam homo in ventre decreſcit. ¶ Impetigo
eſt ſicca ſcabies in cute vel in corpore. cura: due vene in
faucibus oris incidantur.

LEpra eſt morbus corrumpens formaȝ ⁊ cō
poſitionem membrorum ⁊ finaliter ſoluens
continuum: prouenīēs de materia melanco-
lica ſparſa per totum corpus. cura. Recipe
oleum de ligno fraxini fruſtatim inciſo: ⁊ fac ad mo-
dum aque roſacee ⁊ vngatur corpus ſepius multuȝ ꝓ
deſt. ¶ Litargia eſt apoſtema in poſteriori parte cere
bri ſub thus carnem: vel litargia eſt apoſtema flegma-
ticum cum febre in puppi cerebri natum: ⁊ cuȝ mentis
obliuione: ⁊ litargia alia vera: alia nō vera. vera litar-
gia eſt quando homo ſemper dormit. Non vera ineſt
qua homo non poteſt dormire. cura: capilli propꝛ̄ӯ vſti
conficiantur cum aceto. ⁊ modica pice: ⁊ naribus ap-
ponatur: potenter excitat litargicos. ¶ Lienterie ē flu
xus ventris: in quo comeſta ⁊ bibita egrediūtur in eiſ
dem qualitatibus ⁊ quantitatibus in quibus intromiſ
ſa ſunt propter debilitatem contentiue ſtomachi ⁊ inte
ſtinorum ſuperiorū. cura: Recipe ſepum hyrcinum cer
uiſiam litargirum corticem glandium: emethich: ſan-
guinem draconis cuiuſlibet vnum loth. miſce adinuicē
⁊ hoc mixtū trudas ſuper lien: ⁊ ſparge de ſuper mo-
dicum puluerem concrematum: ⁊ ſic trudas ad corpꝰ
viceuerſa ⁊ ſanabitur eger. Si autem homo fuerit in-
flatus multum: ita ꝙ lien ſubintrare non poteſt: tūc ac
cipe allei vnam libram ⁊ decoque illud in medio quar
tale aque: ⁊ tunc ſuper vapores illos ponatur eger: ita
vt poſſit humectare corpus eius ſiue poſteriora: qꝛ po
teſt hoc corpus demollitur: ⁊ ſic lien poterit bene im-
poni viceuerſa. Cum vero ibit ad ſedem tunc intrudat
inteſtinum digito: ⁊ hoc facto. Recipe pulueres crema
tos de cornu cerui thus ⁊ maſticem iſti pulueres ſuper
ſeminentur lieni ⁊ poſterioribus ⁊ ſanabit̄. Et iſti pul
ueres etiam reformant matricem mulieris ſi ſuper ſcu
ciantur ſecretis ipſarum. Deinde accipe thus ⁊ coloſo
niam. Iſti duo ſparge ſuper carbones ignis locans in-
firmum ſuper illum fumum ꝙ intret corpus ipſius ⁊
ſanabitur lien. ¶ Lumbrici ſunt vermes qui naſcūtur
in inteſtinis hominis ſeu alteriꝰ animalis. cura: come-
de zeduariam ieiunus attamen prius tene ad vnaȝ ho
ram in ore. ⁊ poſt hoc glutire debes: ⁊ tunc incontinē-
ti moriuntur omnes. Sequitur aliud remedium cōtra
lienteriam paſſionem quando quis magnas ſedes pa
titur ⁊ homo eſtimat vt viſcera eius exirent hec infir-
mitas interdum fit ex comeſtione nimia ⁊ ferculis ma
lis: ⁊ talis egritudo mortificat hominem ſepius. ⁊ ſic
interdum detur ei zuccarum roſaceum diaaradon ab-
batis vel roſatam nouellam: ⁊ adhuc vngatur oleo ro
ſarum ⁊ emplaſtrum conficiatur ex roſis: ⁊ ex pomis
quercinis maſtice ⁊ margaritis: hec omnia condiātur
⁊ excoquantur in aceto: ⁊ fiat poſitio ſuper corpus eiꝰ.
Si autem illa infirmitas ex feruore proceſſerit: tunc ſi
bi vnguentum ex mēta: ⁊ balneum ipſius aque in qua
cocte ſunt roſe vue grich que cum coſto: ⁊ ſcias ꝙ hec
medela multum prodeſt.

MOrphea eſt defedatio cutis maculoſa: vel
morphea dicitur eſſe caſus crinium ⁊ bar-
be: ⁊ eſt differentia inter Allopiciaȝ ⁊ mor
pheam: quia allopicia eſt caſus capillorum
⁊ crinium capitis. cura. Recipe oua formicaruȝ ⁊ ebu
lum. ĭ. athi contunde. ⁊ ſuccum: ⁊ acetum bonuȝ: ⁊ au
rum puriſſimum pulueriȝetur: ⁊ cum eo ſvexura: ideſt
locus perungatur. Item fel caprinuȝ ⁊ ſanguis veſper
tilionis peruncium caput aut barbam curat. ¶ Ma-
nia eſt inſania vel alienatio mentis. vel ſic. Mania eſt
corruptio anime ſine febre. cura: fercula eius ſint leuia
ſicut caro caprina: ⁊ pulli ⁊ noua oua aſſature molles
⁊ bibat vinum limphatum: ⁊ cum aqua permixtuȝ bal
neetur ⁊ commiſceatur cum mulieribus: quia per hoc
ira ſedatur ⁊ veſania mitigatur ⁊ inciditur ei vena cir-
ca pedicam paruam: quia talis minutio firme bene cu
rat vel etiam alia minutio communis. Melancolia ve
ro a nigro felle eſt dicta.

NEruorum oppilatio dicitur eſſe paſſio quan
do nerui oppilant̄. cura: nerui adipe ſeu pin
guedine accipitris ſepius inungi debent.
¶ Neufreſis dicitur eſſe dolor lumborum.

OPhtalmia ē apoſtema naſcens ſuper albe-
dinem oculorum. cura: vena in vtroqꝫ pede
ſupra pedicam maiorem incidatur ⁊ multū
prodeſt. ¶ Oppilatio ſplenis vel epatis eſt
quando epar vel ſplen oppilatur vel obſcuratur ⁊ non
perfici opera digeſtionis. Cura. Recipe ſtercus vacce
ſiccum ⁊ ſuccum vrtice tria oua olei optimi ſulphuris
confice hec ⁊ fac emplaſtrum ⁊ eſt optimum: ſpleneti-
cis: epaticis: hidropicis: ⁊ hoc abſconde: quia donum
dei eſt penſare volenti.

PAraleſis eſt neruorum mollificatio cū abla
tione ſenſus ⁊ motus. Cura: Recipe ſterco-
ra pullorum. ciconie cum adhuc ſunt in ni
do contunde ⁊ cribra per pannum ſubtile:
poſtea recipe axungiaȝ porci ⁊ liquefac: ⁊ impone pul
uerem ⁊ fiat vnguentum cum quo vnge locum dolētē.
¶ Paraleſis viſcerum eſt que cauſatur in viſceribꝰ. cu-
ra. Recipe hyrundines iuuenes: deinde excoria ⁊ viſce
ra eorum bene mundentur: ⁊ imponantur viceuerſa: ⁊
hoc aſſari debet: ⁊ mūdare ⁊ comedere per tres dies.
Aliud recipe ter quantum ad manum potes capere de
bacchis lauri viridibus ⁊ tantum de ſaluia: ⁊ decoq̄s
bene in bōa ceruiſia triticiali: ⁊ bibe ieiuno ſtomacho.
¶ Periplemonia eſt apoſtema canaliuȝ pulmonis vel
periplemonia eſt collectio circa pulmonem: fit autem
de humore collectio in partibus pulmōiſ. ¶ Pleure-
ſis eſt apoſtema calidum lacertorum ſeu panniculoruȝ
ſeu velaminum coſtarum. Et pleureſis a pleura coſta
dicitur: ⁊ inde tunc fiunt punctiones lateruȝ. Cura: cō-
tra laterum punctiones excoquatur mel cum lacte ca-
prino ⁊ madefac in illo pāniculum: ⁊ hoc ſuppone la-
teri languenti ⁊ ceſſabunt punctiōes. ¶ Ptiſis eſt hu
miditatis conſumptio quando conſumitur corpus ⁊
exiccatur: ⁊ ita quilibet exiccatus poteſt dici ptiſcus: ⁊
febris ethica idem eſt. Cura. Recipe roſam ⁊ polipo-
diū ⁊ coque cū vino bene: ⁊ bibe ſero ⁊ mane. ¶ Pro
fluuium eſt immoderata menſtruorum emiſſio. Cura:
ſtercus gatti cum reſina ⁊ roſa ſuppoſitum profluuiuȝ
mulieris reprimit ⁊ ceſſare facit. ¶ Polipus eſt ſuper
flua in naribꝰ caro ex groſſis ⁊ viſcoſis hūoribꝰ facta.
¶ Boliſmus eſt infirmitas per quam homo ſemper cō
tinue comedere appetit ⁊ tamen ſaturari aliquo cibo
non poteſt. Si vero ſaturatur ſtatim euomit more cani
no: ⁊ poſt hoc ſtatim eſurit vt prius ⁊ talis infirmitas
interdum prouenit ex frigore magno: ⁊ tunc parum
ſitit. Si vero prouenit ex frigore nimio tunc ſemꝑ lin-
gua ſiccatur: ⁊ multum bibere poteſt. ¶ Podagra eſt
paſſio pedum cum dolore calcanei ⁊ pollicis. Cura. fri
cetur dolor ſepe cum teſticulis vulpinis: ⁊ adeps vul-
pis idem facit ⁊ cum pelle eius inuoluatur.

Reuma

REuma eſt fluxus humoris a capite ad par-
tes ſubiectas. Cura: Iſopus torrefactus ⁊
calue capiti appoſitus multū valet. Ad ideʒ
due vene ſub lingua aperiantur.
SCothomia ⁊ vertigo ſunt viſiones ventoſi
tates ⁊ ſunt proprie paſſiones ſenſus cōis.
Cura ſume radicem ebuli: ⁊ prius deſicca:
⁊ inde fac lixiuiū ⁊ frequenter caput laua.
¶ Stupor eſt diminutio ſenſus ⁊ mentis.
Cura: vena in occipite tangat. ¶ Sternutatio eſt mo-
tus naturalis cerebri fortis ⁊ validus ꝓpter expulſio
nem nociuorum. ¶ Spaſmus eſt egritudo neruorum
contrahens neruum contra ſuam originem. ¶ Squi-
nantia eſt apoſtema gutturis viam anhelitus impedi-
ens ⁊ cibi. Cura: due vene ſub lingua minuantur.
¶ Sincopis eſt defectus caloris naturalis vel eſt abla
tio ſenſus in toto corpore ſm maiorem parteʒ: propter
debilitateʒ cordis. ¶ Singultus eſt quaſi ſpaſmuſ ſto
machi repleti aut inaniti ab humore aliquo viciati pro
pter expulſionem nociuorum. Cura aliquid inopinoſū
⁊ anxiun inopinate ⁊ ſubito patienti nunciandum eſt
⁊ ceſſabit. ¶ Stranguria interpretatur guttatiʒ vrine
emiſſio. Cura: thus cum pulegio coquatur in vino ⁊ bi
bat in balneo. ¶ Satiriaſis eſt continua erectio virge
cum appetitu ad coituʒ. Cura: ſuper renes ventoſas po
ne ⁊ extrahe ſanguinem. ¶ Suffocatio matricis eſt
aſcenſus matricis ad ſuperiora propter humores cor-
ruptos. Cura: teſticuli vulpis in oleo veteri cocti ⁊ poſ
ſarium mulieribus impoſitum curat matricem ſuffoca
tam. ¶ Sciatica eſt paſſio ſcie.i. anche vnde homines
cogunt claudicare. ¶ Serpigo eſt quedā ſpēſ ſcabiei.

¶ Scurria eſt qñ vrina ex ſe inſenſibiliter emittitur.
TEtanus eſt maior contractio neruorū a cer-
uice vſqꝫ ad dorſum. ¶ Thenaſmon eſt ap
petitus ⁊ voluntaſ nimia egerendi cū modi
co aut nullo effectu. ¶ Tuſſis eſt violenta
cōmotio ſpiritualis virtutis ad expellendū ſupfluitatē
in ſpūalibus. ¶ Tumor teſticuloꝝ ē qñ teſticuli tume
ſcunt. ¶ Tortiones ventris cauſantur ex ventoſitate.
VEnenum eſt materia ſubtilis aquoſa horri-
biliſſime qualitatis a tota ſubſtantia ꝑmens
corpus humanum. ¶ Viſcerana eſt infirmi
s per quam homo cruorem emittit per po
ſteriora. ¶ Vlceratio lingue fit quando vlcera ſeu pu-
ſtule in lingua generantur. ¶ Vertigo eſt īfirmitas ca
pitis. Cura: omni hora dum vadis dormitū recipe tres
guttas vrine ⁊ pone ad nares probatum eſt: qꝛ multuʒ
valet. ¶ Fetor oris fit multipliter aliquando euenit ex
putrefactione dentium. Aliquando ex putrefactione ī
teſtinorum: ⁊ alio modo fetidus anhelitus appellat.
Cura: ſi fit ex putrefactione dentium vel oris: tunc de-
bes lauare os quanto melius potes ⁊ ceſſabit fetor
oris. Poſt hoc recipe hanc medicinam videlicet duos
lothones vitrioli albi: ⁊ mellis quattuor lothones pri-
mitus contunde vitriolum bene: poſt hoc cōmiſce cum
melle ⁊ vnge cum eodem gingiuas bene vna cum den
tibus. Si autem fuerit fetor ex ſtomacho: recipe pillu-
las aureas vnum quent: ⁊ da patienti: ⁊ ſimiliter det
ei eſula cum vino calido: ⁊ poſt hoc dentur ei iſti pul-
ueres: cinamomum: gariofilus: piper: ciminum: agre-
ſte: ⁊ crocum: cuiuſlibet vnuʒ loth. hec omnia ſimul cō
tunde: ⁊ da ei manducare ⁊ ſanabitur a fetore.



¶ Cōſilium clariſſimi doctoris dominini Petri de tauſignano pro peſte euitanda.

¶ In nomine Jeſu Chriſti mundi creatoris Amen. Incipit tractatus de obſeruanda vita pro preſeruatione ſanitatis tempore peſtilentie.

Cum omne animal ꝑ inſtinctū nature conetur defendere corpus ſuum: ⁊ prolongare vitā. homo maxie q̄ preualet oībus aliis aīalibus ꝑ rationem ⁊ intellectum q̄bus dotatus eſt: dꝫ ſe fatigare ad prolongationem ⁊ cōſeruationem ſuiipſius. Ad hoc vt ipſe poſſit operari aliquem fructum virtutis. Qui ſit nutrimentū ſibi ⁊ illis q̄ ſequunť politice. Et ideo clementiſſime domine q̄ digne appellaris pẏſſimus: ſum diſpoſitus reducere hunc tractatū in tali forma. Quē ego Petrus de tauſignano phiſicus mandāte sereniſſimo p̄ncipe Galeazo comite virtutū ad hec vt fiat ꝯſeruatio tue vite que nō ſolū eſt vtilis tibi: ſed etiam illis qui viuunt ſub tua ſaluberrima fronde compilaui.

¶ Primum capitulum.

Galienus in libro de ingenio ſanitatis primo circa finem dicit: ꝙ nos decet nō habere negligentiā in cōplemento ipſius ſanitatis: iō eſt magne ꝑfectionis in iſto tp̄e habere aliq̄d cōſiliū cōtra vires peſtilentiales demonſtrando ingeniū maxime illoꝝ a q̄bus dependet ſalus ⁊ vtilitas multarum gentium que virtuoſe recte ab illis ſunt.

¶ De rebus demonſtrandis in hoc opere.

Quattuor ſunt enim res principaliter demonſtrande: ⁊ prima eſt quot ſunt cauſe peſtilentiales: ⁊ que res ſit peſtilentia: ⁊ que ſunt infirmitates peſtilentiales. Secūda eſt regimen prouidendo preſeruatione ꝙ ſcilicet regimen reperitur circa ſex res nō naturales: ⁊ circa aliquas medicinas. Tertia eſt in remouendo aliquas q̄ōnes que cōiter fiunt. Quarta ē ad manifeſtandū regimen curationis illoꝝ q̄ ſunt īfirmi morbo peſtilentiali. Ad declarationem prime ꝑtis eſt ſciendū ꝙ ad peſtilentiam cōcurrunt quattuor res. Prima eſt diſpoſitio infirmi. Secūda eſt fortitudo rei īducentis īfirmitatē. Tertia eſt contactus. Quarta eſt mora que eſt īductiua magni nocumenti tp̄e peſtifero.

¶ De diſpoſitione infirmi.

Quantum ad primam cauſam diſpoſitionis infirmi: dico ꝙ ipſa eſt principaliſſima cauſa corruptionis ⁊ infirmitatis: q2 operationes rerum actiuarum nō poſſunt generare ſe niſi in rebus aptis ⁊ diſpoſitis ad recipiendū ipſaꝝ actionū: vt dicit Ariſ. ii. de aīa. ⁊ Gal. in li. de differentiis febriū: capl'o de febre peſtilētiali: ꝙ nullū agens īducit effectū aliquē niſi ex diſpoſitione paſſi. ⁊ Auicenna. iiii. canō. fen. primo capi. quarti tractatus: dicit ꝙ corpora diſpoſita ad recipiendum talem actionem ſunt vtentes nimio coitu ⁊ nimium comedentes: ⁊ habentes poros latos: ⁊ ſimiliter corpora que ſunt conſimilis qualitatis qualitati aeris corrupti vt ſunt corpora repleta ſuperfluitatibus. Et iō Gal. lib. i. cap. v. de differentiis febrium dicit: ꝙ eſt neceſſe tempore peſtis deſiccare corpora humida: ⁊ ea deſiccata ꝯſeruare: ⁊ illos q̄ ſupfluitatibus ſūt repleti euacuare: ⁊ oppilatiōes apire: ⁊ paꝝ īferius dicit: ꝙ ille q̄ tēperate exercet corpus ſuū ⁊ cibis tēpatis vtiť oīno nō eſt paſſibilis: q2 ī eo nō eſt diſpoſitio īfirmitatis.

¶ De fortitudine agentis.

Secunda cauſa eſt fortitudo agentis: q2 aer in iſta actione dr̄ operans: ⁊ duplici de cā pōt dici operans. Pria q2 corpora paſſibilia debite applicanť ipſi: ⁊ indebite tangit nos intus: ⁊ extra ꝑ itroitū pororū.

¶ De ꝯtactu.

Tertia eſt cōtactus: q2 in iſto tempore eſt mala aeris ꝓprietas nō ſolū ꝑ qualitatem: ſed ꝑ opationem modi ſuppoſiti: ⁊ iſta cauſa eſt fortior prima. Quia vbi materia reperitur diſpoſita inducitur effectus. vbi autem non eſt diſpoſita ad talem effectum introducendum non: vt habeť viii. phi. ⁊ a Galieno primo de interioribus.

¶ De loco peſtifero.

Quarta eſt morari in loco peſtilentioſo q2 aer cōtinuo dimittit de ſua mala ꝓprietate: ⁊ ſic diſponit corpora ad corruptionem.

¶ De cauſis proprietatis peſtilentie.

Quia aer nos cōſeruat eſt videndum de cauſis ꝓprietatis peſtilentie. Et dico ꝙ cauſe ſunt duplices. p̄ma eſt vniuerſalis ⁊ remota: que eſt diſpoſitio adueniens a formis ⁊ imaginibus celi. Quo habent neceſſario illud cuius aduentus a medico ignoratur. Que diſpoſitiōes faciūt corrumpere aquam: ⁊ adhuc producūt corruptiōes putrefacientes in viſceribus terre: ⁊ iſtud maxie aduenit ꝑ eclipſim ſolis ⁊ lune: ⁊ coniunctiōe planetaꝝ. Preſertī de ſaturno ⁊ marte cum ſtellis fixis: vel ꝑ coadunationē illaꝝ ſtellaꝝ in ſigno hūano: ⁊ ꝓprie q̄ñ habuit in domo: vel ꝑ reuolutionē anni in vndanitiis ſm̄ ꝙ dictat Petrus de Abano in ꝯſilio ſuo differentia nonageſimatertia. Alie ſūt cāe ꝑticulares que ſunt vapores corrupti permixti cum aere vſq3 ad minimas partes: leuati a terra putrida: vt eſt quando aperiuntur cauerne vel clauſure aeris: vel quando alique res ſunt poſite in aqua: vt linum canepa: ⁊ ſimiles res: vel vt ſunt corpora mortua nō ſepulta: vel arbor male ꝓprietatis: vt nux: ficus ⁊ ſimiles res. Poſſent aſſignari alie cauſe quas obmitto breuitatis cauſa.

¶ Que res ſit peſtilentia.

Ideo dico ꝙ peſtilentia eſt vna mutatio facta in aere: ⁊ talis mutatio pōt eſſe duplex. Primo in qualitate. Secūdo in ſubſtātia. De primo quando aer efficitur rabidus ſine aliqua p̄maꝝ qualitatū firmiter cādaꝝ. Que hūt in tantū exiccare mentes hoīum ꝙ ⁊ generationes ⁊ vita corrūpunť: vt accidit illis athenaꝝ. Sicut a Galieno habetur p̄mo de differentiis febriū: de hoc tamē hic ſermo nō eſt. Secūda eſt mutatio in ſubſtantia propter cōmixtionē vapoꝝ corruptoꝝ ad minimas ꝑtes ipſius aeris: vñ totū aggregatū dicit corruptū ex mala ꝓprietate reſpectu generatiōis humane. Et iſta mutatio dicitur eſſe in ſubſtantia: non q2 ſolum ſit in ſubſtantia: ſed in qualitate: ſtat ꝙ aliquando aliqua mutatio ſit in qualitate: ⁊ ſit parua: tamen etiam eſt in ſubſtantia: q2 iſta mala proprietas ſequitur odio ſubſtantiam accidentis illius aeris: ⁊ iſta eſt de qua loqtur. Et vt pōt cōprehendi ꝑ ſupradictas auctoritates: ⁊ modo iſto pōt diffiniri.

¶ Diffinitio proprie peſtilentie.

Peſtilentia eſt putrefactio que aduenit aeri ſimilis putredini aque que balneat putridum. Certe aer ſic ingroſſatur: ⁊ corrumpitur ex puluere iſtorum vaporum maloꝝ permixtorum: ſicut corrumpitur aqua ꝑ appoſitionem lini vel eius ſimile.

¶ Que ſint infirmitates peſtilentiales.

Dico

DJco ergo ꝙ īfirmitates peſtilētiales ſunt du plices.ſ.particulares: ⁊ cōes. Particulares ſūt q̄ nō vnomet tpe adueniūt multis. Et ta les adueniūt ꝑ adminiſtrationē ſex reꝝ nō naturaliū in qbus hoies idifferēter peccāt: vel adueniunt plus q̄ alteri. Et iſtud eſt qñ aduenit carbūculus vel qñ affligūt vnū: ⁊ nō multos ſtantes i bona diſpoſitiōe. Cōis eſt duplex. Et iō vnus eſt vſus: vel cognoſcit̄ in vna regiōe vel ciuitate: vel ap pellat̄ Endimiacus quaſi veniēs ex latere dextro: ⁊ ē maxie ꝑꝑ aquā illius loci vel ventū vt appꝫ i aliqbus ciuitatibus vel locis in qbus generant̄ Botia ſub men to ⁊ i alijs locis tumefiunt crura. Quā ponit Galienus in.viij.de iterioribus ꝙ nūq̄ vidit talē īfirmitatē ſicut ꝯtinet̄ in libro de aere ⁊ aqua. Sꝫ de p̄dictis hic nō lo quit̄. Alia eſt īfirmitas peſtilētialis cōis: ⁊ ꝓp̄e dr̄ epi dimialis ab epi qđ eſt ſupra: ⁊ alia qđ eſt ſupra alias. Que ſic diffinit̄ īfirmitas epidimialis eſt facta ſubito ⁊ in vno momēto tēporis. Cōis multitudine hoiuꝫ: qꝛ nitali epidimia egritudines appꝫnt diuerſe. Nā aliq bus inſunt carbūculi cū febre: aliqbus diſinterie: aliq bus glādule: vel apoſtemata: aliqñ variole: aliqñ mor bili: ⁊ appellat̄ ſubita ad differentiā epidimialis q̄ ve nit paulati. Ois alie ſūt poſite ꝓp̄e ad drīā febris peſti lētialis: ⁊ illđ ſufficiat ꝓ p̄mo caplo p̄ſentis tractatus.

¶ Secundum capitulum in quo conti netur regimen curatiuum.

DJcto de p̄mo reſtat dicere de ſecūdo vꝫ d̄ re gimine. Et iſtud dꝫ fieri circa ſex res nō na turales: ⁊ aliquas medicinales. Regulari ter opando ꝓ ingſitiōe iſtaꝝ reꝝ eſt ſciēdū ꝙ meo viſu hoies deficiunt tribus modis. Prio mō ꝑ viam olfatiōis venenoſe q̄ ag gredit̄ membra p̄ncipalia.ſ.cor: cerebꝝ: ⁊ epar. Et iſti moriunt̄ cū ſigno peſtilētiali .vꝫ ꝑ iflationē: glandulaꝫ in emūctorijs illoꝝ membroꝝ p̄ncipaliū. Et tñ qñ cor offendit̄ ſignū appꝫt ſub aſſellis. Et qñ cerebrum poſt aures. Et qñ epar in iguibus.ſ.dextro. Et qñ in ſplene in iguine ſiniſtro. Et adhuc adueniūt carbūculi i alijs ꝑtibus corporis. Et iſtud cōueniunt quando eſt maior putrefactio ⁊ aduſtio humorum ad itra corpus quos natura in quantum poteſt conat̄ expellere. Jdeo quan do apparent carbunculi iuxta membra principalia: vt eſt in pectore indicant peius: quia eſt ſignum ꝙ tales humores ſunt aduſti: ⁊ putrefacti circa regiones cor dis. Secundario eſt per viam ſuffocationis naturalis caloris facte a cauſa humida ⁊ aquoſa putrefactibili. Et certe nos videmus ⁊ vidimus humiditates coadu nari in noſtris corporibus preſertim in capite ꝑ quas fiunt apoſtemata in gula: que appellantur ſquinantie: ⁊ ex illis moriuntur. Aliquando deſcendunt multi ca tarri qui ſubito ſuffocant homines. Aliquando gene rantur multe ſurditates: ⁊ grauedines capitis. Et col ligationes oculorum: generantur etiam multe pigritie. Multas paralexes: ⁊ apoſtexes: ⁊ epilenſie: que in p̄ ſenti Florentie regnat. Tertia quia vermes generati ex malis humoribus per putredinem illorum veniunt ad partes ſuperiores corporis: ⁊ ibi faciunt leſionem mordendo intantum ꝙ corpora ſincopizant: nihilomi nus recuperatur: ⁊ ſi non ſubito auxiliantur moriun tur: ita per dolorem ſicut per fumos venenoſos eleua tos ab illis qui corrumpunt ⁊ reſoluunt ſpiritus: iſtis talibus modis ⁊ alijs q reducuntur ad iſtos eſt contra operandum per actus preuiſiuos: qui continentur in ſex rebus non naturalibus .que ſunt aer: cibus: po tus: ſōnus: ⁊ vigilia: motuſ: ⁊ qes: ianitio ⁊ repletio. Et accidētia aīe d̄ qbus de ꝑticulati ē vidēdū: ⁊ p̄ d̄ aere.

¶ De ſignis quando aer eſt peſtilentiatus.

TUnc aer efficitur peſtilētialis qñ vermes ⁊ reptilia apparent vel variole que res cōiter p̄cedunt ſine morbo peſtilentiali. Tunc gli bet dꝫ rectificare aereꝫ vel ire in loco in quo non apparent ſigna iſta. Et ſecurius eſt ire vbi nō ſint nec in p̄terito fuerint. Cauſa eſt qꝛ reliquie que reman ſerunt poſt epidimiam habent corrumpere illos qui ſe transferunt ad illū locū: ſicut fermentum qđ circundat̄ a farina: hꝫ diſponere farinam ad fermentationem: ita ⁊ aer iam peſtilentiatus habet diſpōere corpora: iō nō eſt reuertendum ad loca in qbus fuerunt epidimia. vel peſtilentie. imo eſt inſiſtendum in omnibus locis circa rectificationem aeris.

¶ De rectificatione aeris.

CJrca rectificationem aeris. Primo inquan tū poſſumus eſt exiccandus ipſe aer in do mibus que inhabitātur.ſ.cum igne facto ex lignis quercus: vel fermentoꝝ bene ſiccoꝝ lauri: myrtili: iunipis: ⁊ alioꝝ odoriferuꝫ li gnoꝝ. Suffumigetur camera mane ⁊ ſero cū maſtice: ture: ⁊ myrra: terbētina: ſandaraca: cipreſ ſo: ſquinanto: ſauina: acoro: ⁊ ſimilibus. Aſpergat̄ do mus: ⁊ maxime camera cum aceto vini odoriferi: ⁊ aq̈ roſata. Et cum multis citris ſuſpēſis pro camera ⁊ fer re in manu ⁊ olfacere pomū laudani cuius hec ꝑmix tio. recipe laudani.ʒ.i.been albi ⁊ rubei.ro.ru. ana.ʒ.ij. ſtoracis liquide.ʒ.iij.mirre folioꝝ mente. Gariofolorū: ana.ʒ.i.camphore.ʒ.i.miſceantur ⁊ incorporentur cum aq̈ roſata ⁊ ſucco bugloſſe ⁊ melliſſe ⁊ fiat pomum.

¶ De regimine cibi ⁊ potus.

CJbus dꝫ eſſe talis ſubſtantie. Panis recēs vnius vel duorum dierum ⁊ bene fermen tatus vel de ſpelta munda a cortice. Confe ctus cum puluere aniſorum ⁊ ſale bene co ctus. Potus vinum album clarum ⁊ poli tum ex medio ſapore: nec rubeū: nec fumo ſum: vt ſpiritꝰ ⁊ humores non calefiant: nec nimis par uum. Sed ſi poſſibile eſt vinum vetus: qꝛ magis depu ratū eſt: magis d̄ſiccat ⁊ minus recedit ab aquoſitate. Et dꝫ vinum inaquari cum aqua cocta ⁊ plus in eſta te q̄ in hyeme eſt bibendum. Et nota ꝙ potare aliquā tulum vini maluatici anteq̄ homo domuꝫ exeat: vl' al terius vini potentis eſt vtile: qꝛ multi fumi exiccant̄: ⁊ ſpūs ꝯfortant̄ ⁊ corroborātur. Et aq̈ que decoquit̄ de bet eſſe curſiua: ex loco petroſo: vel bñ arenoſo: vel ex fonte claro. Et ſapor dꝫ intendere ad dulcedinem.

¶ De regimine ſaporum.

ESt ſciendum ꝙ oēs ſapores debent eſſe ex limonibus vel ex arancijs vel granatis ace toſis permixti cum iſtis aromatibus: quarū hec eſt deſcriptio. Recipe cinamomi boni ⁊ electi: zimziberis gariofilorum. ana.ʒ.ſ. Been albi ⁊ ru bei.ʒ.ſ. corralloꝝ alboꝝ ⁊ rubeoꝝ. ana.ʒ.i. cardamo mi.ʒ.ij.croci.ʒ.ſ.zuchari albi ad pondus omnium. Et fiat puluis ſubtiliſſimus cribelatus per ſiricum. Et mi nor q̄titas ſumatur in hyeme q̄ in eſtate. Si non eſt aliquod impediens: vt eſt frigiditas ſtomachi. Cōmu niter eſt vti arancijs: granatis ⁊ citris. Et de ſemine il lorum qui habent ſingularem ꝓprietatem in iſto omni mode recipiantur: vel in forma trazee vel in decoctio ne carnium: vel aliquo alio modo niſi pateretur leſio nem calculi. Ubi continue eſt neceſſitas ꝙ vie ſint la te ⁊ aperte.

¶ De aceto.

SEmp̄ eſt bonū vti aceto niſi ſit ipediens: ⁊
ↄficere cū eo ſapores. Preter q̄ꝫ in ſtrictu-
ra pectoris: alias frigiditate ſtomachi. Sꝫ
acetū debet eſſe boni vini albi: vt eſſet mal
uatici vel rubore ⁊c̄.

¶ De quo dꝫ eſſe ferculum.

FErculū dꝫ eē expelta: mileo: riſo lentibus
remota p̄ma aqua: panicū paniſ elixatuſ:
brodiū ciceris rubei cū cortice. Radices
feniculi: apij: ferculū cōfectū ex ouo eſt bo
nū. Paſte malum eſt. Et oīa alia fercula
cōia: exceptis iſtis. Ferculuꝫ ſpinaciorum
petroſilioꝝ boraginis ſcolopendrie: ⁊ habentia ſingu
larē virtutē. ſ. ruta: marubium: iſopus: ⁊ ſcabioſa ⁊c̄.

¶ De capparibus ⁊ fructibus vtendis.

CApparis ↄditi cū aceto maxime in p̄ncipio
cene. Supponendo aliqd ex aromatibus p̄-
dictis marie in hyeme. Sepe comedēdo cū
aceto imodica q̄ꝫtitate eſt vtile. Nam gene
rat humorē corrodentē venenū: ſm Auicennā. ij. cañ.
oīa alia agrumina ſunt euitanda. Oua cocta i prunis:
vel in aqua remoto albumine ſunt valde vtilia. Piſces
omnes ſunt euitandi pp̄ humiditatem ſuam: ⁊ preſer-
tim illoꝝ q hn̄t ſquamas magnas. Et ita anguille pōt
vti aliqbus vicibus: puis piſcibꝰ fluminis vel lacualis
vel maris. Sꝫ eſt bene ſquamandus: ⁊ eijciendo inte-
riora: poſtea abluere ⁊ fricare cū aniſis: ⁊ aceto: ⁊ aſſa
ri: ⁊ nō frixari cū oleo: ⁊ comedant̄ cū aromatibus ſu-
pradictis. Et in hyeme in maiori quantitate q̄ꝫ in alijs
tp̄ibus. Poſt comeſtionē piſciū vinū potet̄ potens. Et
ſimul cū comeſtiōe comedere aliquas nuces auelans:
vel amigdalas. Lac euitare oꝫ pp̄ ſuā citā corruptiōeꝫ.
Sꝫ poſt aſſumptionē omniū ciboꝝ ⁊ potuū pōt ſumi
aliquātulū caſei qꝛ ↄfortat virtutem digeſtiuā. fructus
oēs ſunt mali: q̄ꝫuis loco fructuū eſt bonū ſumere poſt
cibū corriandros ↄfectos: ⁊ eſt multū vtile vt cōtinet̄
ij. cañ. Nota ꝙ in p̄ncipio prandij eſt bonuꝫ comedere
tria folia rute: duos ficus ſiccos: ⁊ vnā nucē inſimul:
⁊ eſt medicina ſpecialis cōtra peſtilentiā: ⁊ cōtra quo
libet venenū. Intantum ꝙ illi q timent toxicari debe-
rent valde vti.

¶ De repletione ⁊ imbandiſionum diuerſitatibus.

DIco. n. ꝙ glibet caueat ſibi a nimia comeſtio
ne ⁊ potu. Sꝫ dꝫ vti pauco cibo reſpectu ſo
liti: ⁊ ſic ēt potu: qꝛ ſup̄fluitates multiplican
tur pp̄ nimiā comeſtionē ⁊ potū. Diuerſita-
tes ibandinorū ſunt male: ideo glibet hꝫ cōtentari de
vna imbandiſione. Et ſi plures preparant̄ comedat de
illa ſufficienter que meliuſ poteſt digeri. Euacuatio eſt
prouocanda: ⁊ beneficiū ventris: ſi natura p̄ ſe nō ope
ratur vꝫ cum ſuppoſitorio: criſterijs: vel pillulis: cuius
deſcriptionem inferius dicā vie vrinales teneant̄ aper
te cū diureticis: ⁊ pori cum fricationibus factis ſtoma
cho ieiuno: purgationes cerebri debent procurari per
nares: vel per palatum: ⁊ eſt euacuandum corpus ab
omni ſuperfluitate quantum poſſibile eſt.

¶ De fleubotomia.

SI ſanguis in corpore fuerit vincens erit flo
botomandus vt declinet ab oimoda cōple
xiōe. Et vniuerſaliter vſus diminuēdi iſtis
temporibus eſt vtilis: ſi ſemel in menſe ⁊
paꝝ in vice. Et vbi aūt alij hūores ſint vin
centes: ſcilicet melancolia per viaꝫ aduſtio
nis. vel colera admixta ſanguini eſt intendendū circa
ipſorum exiccationem. i. circa euacuationem: ⁊ ſi eſſet
corpus non ſanum non eſſet intendendū cum euacua-
tionibus. Sed abſtineat ſe a rebus ſupradictis.

¶ De ſomno ⁊ vigilia.

CAuendū eſt a nimia dormitiōe marie ō die:
nec etiam poſt cibū imediate: ſi non eſt com
pleta vel mediata prima digeſtio: nec eſt bo
nū dormire ſupinus. Sed in primo ſomno
ſupra latus dextrum: per duas horas: dein-
de ſupra ſiniſtrum: poſtea reuertere ſupra dextruꝫ. Vl-
timo ſomnus ſit cū capite bene eleuato: ⁊ ſit bene coop̄
tus: bonū eſt vigilare p̄ duas aut tres horas poſt cibū.

¶ De motu ⁊ quiete.

CAuendū eſt qn̄ actualis eſt epidimia a for-
ti exercitio ⁊ maxie in aere detecto. Sed ſi
fiat aliqđ exercitium fiat in aere nō aperto
ſtomacho ieiuno. Et anteq̄ꝫ veniat actualiſ
epidimia: fatiget corpus ſuum: qꝛ tunc ma-
gis laudatur exercitium q̄ꝫ quies.

¶ De accidentibus anime.

ABire: triſtitia: ⁊ timore: ſollicitudine cogita
tione cauendum eſt: ſed congaudendum eſt.
⁊ delectandum: cuꝫ ſomno: cantu: hiſtorijs:
⁊ his ſimilibus.

¶ De coitu carnali

ABſtinendū eſt ab actu coitus: ⁊ ſi non in to-
tum pro maiori parte. Et ideo tunc non eſt
bonum vxorem ducere: nec nouum matrimo
nium procurare. Similiter ⁊ politice con-
uerſationes: ⁊ maxime illi qui ſunt corrupti: vel magis
apti corruptioni.

¶ De medicinis iſtis tempori-
bus preparandis.

SEx ſunt medicine preparande. Prima
eſt adminiſtratio pillularum poſitarum ab
Auicenna. iiij. cañ. capitulo de preſeruatio-
ne a peſtilentia cuius deſcriptio hec eſt.
Recipe aloes epatici. ʒ. ij. myrre croci an̄.
ʒ. i. conficiantur cum ſuco mente ⁊ fiant in
forma ciceris. Et aſſumatur omni die vna in mane an-
te cibum: ⁊ habent reſoluere ⁊ deſiccare prohibendo
putredinem. Ea ſi ille qui aſſumit eſſet aptus inflam-
mationi tempore eſtiuo addatur. ʒ. i. terre ſigillate ⁊ re
formentur cum aqua roſata: ſed in alijs temporibus fi-
at vt dictum eſt.

¶ De tyriaca.

SEcunda eſt aſſumptio tyriace bene fermē-
tate ex decem annis in hac regione ō qua
habet ſumi in omni hebdomada. ʒ. i. in eſta
te cum aqua roſacea. In hyeme cum bono
vino odorifero: vel ſumatur cum ſuco ro.
vel aqua citri: ⁊ ante cibum per ſex horas
ſtomacho ieiuno: ⁊ ab omni repletione remoto.

¶ De mitridato.

TErtia medicina eſt mitridatum: ⁊ in quo
libet caſu plus q̄ꝫ tyriaca ⁊ in qualibet ſe-
ptimana ſumatur. ʒ. i. ⁊ quinqꝫ hore ieiu-
nare. Et debet ſumi ſtomacho ieiuno: ⁊
ab omni repletione remoto: ⁊ ſit fermen-
tatum ad minus per vnum annum.

¶ De coriandris.

QVarta medicina eſt aſſumptio coriandro-
rum confectorum de mane. Ex quibus ſu-
matur coclear vnum. Deinde ſumatur ter-
tia pars vnius ciati vini odoriferi. Simili-
ter aſſumptio zuccari roſati tempore ⁊ ho-
ra magni eſus.

Contra vermes.

Quinta

Quinta medicina eſt contra vermes: ⁊ dico ꝙ illi qui ſunt diſpoſiti ad generationem vermium: ſumant omni mane vnum ciathum vini ĩ quo bulitum ſit abſinthium vſqꝫ ad conſummationem tertie partis decoctionis.

## Sexta medicina preparatoria videlicet ſirupus auctorum.

Sexta medicina ⁊ vltima eſt ſirupus hic deſcriptus ab auctoribus vicibus ſum expertus eo: q2 reddit corpus mundũ a ſupfluitatibus ⁊ ꝑ ꝯſequens deſiccat: ꝯfortando cor: cerebrũ: ⁊ epar: ⁊ oĩa alia membra. Et quãtitaſ que hꝫ ſumi in vice eſt. ℥. i. ſ. Cui hec deſcriptio. Recipe corticũ citri: radices capparis: berberis: ſandalorũ vtriuſqꝫ ſpodij: ana. ʒ. ij. gariofilate: bugloſe: melliſſe: boragini: cicoree: ana. ℥. i. acetoſe epatice marubij. ana. ℥. ſ. lactuce ſilueſtris. ʒ. ij. ſeminuꝫ cõium: violaꝝ ana. ℥. i. tinij: epitunij: ſene: polipodij: anã. ʒ. i. ſuci abſinthij: ſuci fumi terre: ſuci chebuloꝝ: ana. ℥. i. diagredij. ʒ. ij. zuccari albi libras duas. ⁊ fiat ſirupus ⁊ aceto ſeꝛ cũ aceto ſuci citonioꝝ quod ſufficit ⁊ vtere eo ⁊c̃.

## De modo ſumendi has ſex medicinas.

Modus adminiſtratiõiſ harũ ſex medicinaꝝ eſt talis. In ꝑ̃ma die ſumaꝛ ſirupus: in pulſu aue marie. i. ĩ aurora ⁊ ſupra dormiat ꝑ vnã vel duas horas. Secũdo die capiat. ʒ. i. tyriace. tertia die capiat coclear vnuꝫ coriandroꝝ. Quarta die decoctioneꝫ cõtra vermes. Quinta die. ʒ. i. pillulaꝝ ſupradictaꝝ. Sexta die qeſcat. Septima die capiat aliqđ predictoꝝ. Et nõ eſt malum ſi omni ebdomada capiatur. ʒ. i. illarum pillularum. Et illa die quo capiũtur pillule non capiatur aliquod predictorum.

## Capitulũ tertium in quo mouentur quedam dubia.

Primum dubium eſt. Cum omnia inferiora regantur ⁊ gubernentur per ſuperiora maxime per ſolem ⁊ lunam: vt patet primo meteororum. Et cum neceſſario iſte mundus inferior ſit continue ſubiectus impreſſionibus ſuperioris mundi: vt omnis virtus inferioris gubernetur per ſuperiorem. Qualiter he cauſe ſuperiores poſſunt eſſe cauſe inferiorum cauſarum. Ad quod reſpondetur. Nam res ſuperiores ſemper intendunt conſeruationem inferiorum: vt habetur a philoſopho primo meteororum. Sed per accidens aliquando ſunt cauſe corruptionis ⁊ mortis: quia mouẽtur in ſuis circuitibus ꝑ varios ⁊ diuerſos motus ⁊ propter hoc habent diuerſas coniunctiones ⁊ aſpectus. Qua de cauſa ipſarum influentie ſuper cauſas inferiores faciunt ſimul alterationem: ⁊ hoc contigit q2 illud quod debet conſeruari ab influentijs non conſeruatur. Sed diſponitur ad corruptionem per tales influentias alteratas vt patet.

## Qualiter epidimia poteſt prouenire a putrefactione aeris.

Secundum dubium eſt. Cum aer ſit ſimplex ⁊ putredo ſit quoddam mixtum: nec aliud q̄ꝫ indebita mixtio humidi cum ſicco. Qualiter epidimia poteſt prouenire a putrefactione aeris eſt: quia aer eſt plenus ignis vt Ariſto. quinta particula problematum problemate. xviij. Cui reſpondetur ꝙ aer ſimplex non corrumpitur in ſe. Sed per admixtionem vaporum terrenorum vel aquoſorum corrumpitur. Et quia ignis non habet commixtionem alterius elementi non corrumpitur. Sed omnia alia ſic vt patet quarto meteororum. Omne elementnm corrumpitur preter ignis. Ergo cum aer qui nos circundat non ſit purus neqꝫ ſimplex vt ait Auicenna. ꝑ̃mo cañ. fen. ij. capitulo de aere. Nos dicimus ꝙ aer eſt quaſi vna aqua maris vel lacune q̄ꝫuis non ſit purus neqꝫ ſimplex tamen poteſt corrumpi. Et de iſto non loquitur philoſophus in preallegato problemate ſed de puro aere in loco proprio.

## Quare magis vno tempore cauſatur peſtis q̄ꝫ alio.

Tertium dubium eſt propter quid eſt ꝙ epidimia plus aduenit tempore eſtiuo ⁊ autũnali q̄ꝫ alijs temporibus. Cum aer tunc ſit calidus ⁊ ſiccus: ⁊ per conſequens remotus a putrefactione. Ad quod ſic reſpondetur: ꝙ quinqꝫ ſunt cauſe propter quas citius accidit in eſtate ⁊ in autumno. Prima eſt quia aere exiſtente ſubtiliato a caliditate precedenti eſt magis aptus recipere omnem impreſſionem vaporum ⁊ fumorum mixtorum ⁊ congregationem ipſorum. Quare ſequitur ꝙ citius ⁊ leuius cauſatur putredo. Secunda cauſa eſt quia caliditás precedens que propter ſuam ſiccitatem prohibebit putredinem eſt nimis eleuata ⁊ adducta vſqꝫ ad finem. Tertia cauſa eſt ꝙ cum venti multiplicantur aſportant ſecum malos vapores eleuatos ex malis locis remanendo in aere cauſa corruptions peſtilentie. Quarta cauſa eſt quia corpora pluribus ſuperfluitatibus multiplicantur: ⁊ virtutes naturales ſunt debilitate propter diuerſitatem temporum reſoluentium calorem naturalem per motum intrinſecum ⁊ extrinſecum. vt apparet in cõmento primo tertij pronoſticorũ. Quinta cauſa eſt: q2 tũc multi fructus ſũt q̄ hñt diſponere corpora ad putrefactioneꝫ ꝓpter nimiũ vſuꝫ eoꝝ.

## De aliquibus auibus que tempore peſtis non habitant in aere epidimiato.

Quartum dubiuꝫ eſt propter quid eſt ꝙ tempore epidimie alique aues conſuete habitare montes ⁊ volare in altum: habitant planiciem: ⁊ volant iuxta terram: ⁊ ſic ecõuerſo. De habitantibus planiciem: tunc temporis. Similiter aliqui ſerpentes: mures ⁊ ſimilia. Reſpondetur ꝙ quando aer prius corrumpiꝛ q̄ꝫ aqua propter formam celorum vel imaginũ que habent de hoc facere neceſſario. Aduentus quarum ignoraꝛ a medico inquantum medicus: aues que volendo aufugire corruptionem habitant montes ⁊ volant in altum ⁊ veniunt ad planiciem ⁊ volant prope terram. Sꝫ qñ in terra generatur corruptio: ⁊ putredo prius q̄ꝫ in aere: tunc aues ⁊ ſerpentes aſſueti habitare illam planiciem fugiunt putrefactionem ⁊ corruptionem terre: ⁊ vadunt ad montes ⁊ ibi habitant: ⁊ volant in altum q̄ꝫtum poſſunt. Et aliquando apparent aues que recedunt a montibus ⁊ veniunt ad planiciem. Et poſt aliquod tempus reuertuntur ad montes ⁊ dimittunt planiciem. Cauſa eſt q2 primo corruptio aduenit montibus. Deinde per tractum temporis accidit in viſceribus terre: q2 aer eſt ſubtilioris ſubſtantie ⁊ leuioris alterationis q̄ꝫ terra. Deinde per continuationem corruptionis ⁊ alterationis: etiaꝫ fit in terra. Ideo epidimia incipit primo in aere ſubtiliori ⁊ fortiori ⁊ citius aggreditur q̄ꝫ in groſſiori ⁊ debiliori.

## Que corpora citius uffenduntur tp̄e epidimie.

Quintum dubium eſt. Que corpora citius offenduntur tempore epidimie. An corpora que habent poros latos. An que habent ſtrictos vel frigida: ſeu calida: ſicca: vel humida. Ad euidentiam quinti: ſexti octaui. Eſt ſciendum ꝙ aliqua ſunt corpora

que

que habent poꝛos latos naturalr̄:vt ſunt calida ⁊ hūi
da. Et aliqui habēt poꝛos ſtrictos:vt ſunt frigida ⁊ ſic
ca. Adhuc aliqua ſunt que habent repletionē: ⁊ oppi-
lationē que reddūt poꝛos ſtrictos: ⁊ aliqua non habēt
oppilationē aliquā: ⁊ circa hec dico ꝙ q̄ttuoꝛ ſunt no-
tāda. ¶ Primū eſt ꝙ coꝛpoꝛa que hn̄t poꝛos ſtrictos
naturaliter que non ſunt oppilata vt ſunt melancolici:
vt alique vetule:minus ledunt̄ tunc tempoꝛis alijs coꝛ
poꝛibus. Quia remiſſa caliditas coꝛdis ⁊ paucus aer
per poꝛos attrahit̄:qꝛ poꝛi ſunt ſtricti ⁊ ēt qꝛ ille pau-
cus aer pauco tempoꝛe retinetur:qꝛ non ſunt oppilati
nec repleti. Etiam illi qui habent qualitates conditiōa
les ꝓhibentes coꝛruptionem:ac putredinē:vt eſt frigi-
ditas ⁊ ſiccitas. ¶ Scd̄o dico ꝙ coꝛꝑa que habēt na-
turaliter poꝛos latos ⁊ efficiuntur ſtricti per oppilatio
nes:vt ſunt coꝛꝑa repleta q̄uis ſint robuſta:nihilomi-
nus plus offenduntur i aere peſtilentiali alijs coꝛꝑibꝰ.
Ratio eſt qꝛ multū aer eſt attractus ad intra ſic ꝑꝑ in-
ſpirationem ⁊ expirationē: ⁊ ſic qꝛ oppilata ſunt lon-
go tempoꝛe retinentur: ⁊ non ſit depꝛeſſio illoꝝ ab ae-
re. ⁊ adhuc fumi capinoſi non purgantur. ⁊ qꝛ habent
q̄litates conditiōales ꝯfoꝛmes huic coꝛruptioni: vide
licet caliditatem ⁊ humiditatem: ⁊ pꝛohibetur debita
tranſpiratio que eſt cā coꝛruptionis. ¶ Tertio dico ꝙ
illi qui habent poꝛos naturalr̄ ſtrictos ⁊ oppilatoſ mi
nus offenduntur q̄ꝫ coꝛpoꝛa ꝑus dicta ⁊ omnibus alijſ
ab his magis leduntur. Pꝛima pars eſt manifeſta per
rōnem pꝛimi dicti: ⁊ per rationeſ que dicent̄ in quarto
dicto. ¶ Quarto dico ꝙ coꝛꝑa q̄ hn̄t poꝛos latos nālr
⁊ ſūt oppilata magis offēdunt̄ q̄ꝫ coꝛꝑa dicta i ꝑmo di-
cto. Sed minus q̄ꝫ coꝛpoꝛa dicta in ſecundo. ⁊ tertio di
cto. Ideo ꝑme partes ſunt manifeſte per rōes pꝛimi di
cti ⁊ eſt manifeſta rō ſecundi dicti:ſed tertia pars ſic ꝓ
batur:qꝛ coꝛpoꝛa tertij dicti habēt oppilationes per q̄ſ
pꝛohibetur trāſpiratio: ergo fit coꝛruptio ꝓꝑij calidi:
⁊ interceptio caliditatis medie eſt epidimialis: ⁊ ideo
leuiter intrarent epidimias. ¶ Quinta ratio eſt in coꝛ
poꝛe tertij dicti. Aer eſt attractus ⁊ retentus longo tē-
poꝛe ⁊ ſpatio ⁊ virtus que habet contra operari eſt d̄
bilis:ergo generatur putrefactio in talibus coꝛꝑibus:
ſufficiant ergo iſte rōnes cōtra aliquos. ¶ Quibus de
cauſis eſt manifeſtuꝫ ꝙ coꝛpoꝛa calida ⁊ humida que
hn̄t poꝛos naturaliter latos ⁊ oppilatos magis offen-
duntur. Poſtea iſta que hn̄t nālr ſtrictos: ⁊ adhuc op
pilatos ſunt magis offenſi. Ultimo illa que habēt ſtri-
ctos ⁊ non oppilatos ſunt offenſi.

¶ Qualiter aliqua coꝛpoꝛa in epidimia moꝛiū
tur: ⁊ aliqua non.

SExtum dubiuꝫ eſt ꝑꝑ qd eſt ꝙ aliq̄ coꝛpo
ra in epidimia moꝛiunt̄ ⁊ aliq̄ non. Cū cāe
ſint vniuerſales: ⁊ q̄re vnus moꝛit̄ in vna
familia:alij vero non: ⁊ aliqn̄ moꝛiunt̄ in
vna domo: ⁊ vicini non. Aliqn̄ in vna con
trata: ⁊ in alia non. ¶ Reſpondetur ꝙ ꝓ-
pter diuerſitatem infirmoꝝ cōplexionū ⁊ cōpoſitionū
nāliū ⁊ actualiū reꝑtaꝝ in illis. ⁊ ēt ꝑꝑ diuerſitatē cā
rum agentiū que adueniunt per diuerſitates ⁊ aſpectꝰ.
Reſiduū inuenies in rōnibus none queſtionis.

¶ Quare in pn̄ti hoīes ⁊ nō boues moꝛiūtur.

SEptimū dubiū eſt:quare in pn̄ti hoīes ⁊ nō
boues moꝛiuntur: ⁊ in anno pꝛeterito moꝛie
bantur boues ⁊ non homines. ¶ Rn̄detur
ꝙ iſtud accidit per rōnes ꝓpꝛietatiſ ſingula
ris que tunc adheret aeri ꝑꝑ quā ꝓpꝛietateꝫ generatur
putredo in coꝛpoꝛibus hoīum: ⁊ non bouum: ⁊ ita an-
no ꝑterito poterat eſſe vna ꝓpꝛietas ſingularis in aere
que habebat reſpectum ſupꝛa boues ⁊ non hoīes.

¶ Quare iuuenes robuſti ⁊ foꝛtes moꝛiuntur
antiqui vero non.

OCtauuꝫ dubiū eſt ꝑꝑ quid robuſti ac foꝛtes
moꝛiuntur. Antiq̄ vero non. Eſt dicendum
ꝙ antiqui ſunt ſine oppilatiōe ſiue poſſunt
eſſe cum ſuis poꝛis ſtrictis nāliter ⁊ nō op-
pilatis. Iuuenes foꝛtes ⁊ robuſti hēbūt po
ros nālr latos ⁊ oppilatos. Iō citius coꝛrū
puntur ⁊ moꝛiuntur ex iſta peſtilentia:qꝛ in iuuenculiſ
plus de hūiditatibus ⁊ ſuꝑfluitatibus abundāt que di
minutio caloꝛe naturali habent cauſare oppilationes.
⁊ in pueris abundat humiditas: ⁊ regimen inoꝛdina-
tum que res faciunt oppilationes.

¶ Quare moniales ⁊ incarcerati nō moꝛiunt̄.

NOnū dubiū eſt ꝑꝑ qd moniales ⁊ incarce-
rati non moꝛiunt̄: ⁊ aliqn̄ oēs moꝛiuntur: ⁊
aliqn̄ non. ¶ Rn̄det̄ ſic ꝙ illi qui habitant
aerem coꝛꝛuptū: ⁊ nō fatigant ſe in aere dete-
cto:nec habitant cum aliquo qui habeat ipſum coꝛrū-
pere magis conſeruantur. Sed aliquis vel aliqua ipſa
rū coꝛrumpat̄ cōiter oēs ſe coꝛrūpunt:qꝛ oēs iſimul co
habitant: ⁊ viuunt ⁊ anhelant ⁊ vnomet regimie ⁊ ae
re particulari:ēt per rōnem participationum aſpectus
vnius loci:qꝛ monaſterium poteſt eſſe edificatū ſub ta
li aſcendente ꝙ in vno tempoꝛe aer illius loci eſt magꝭ
coꝛruptus q̄ꝫ aer alterius loci. Ideo qn̄ vnus moꝛit̄ in
vna habitatione:alij debent recedere tanto citius quā-
to ſunt generati ex vno patre. Quia ſepe filij ſapiūt na
turā patris. Ideo ſi vnꝰ ifirmatur alij ſunt diſpoſiti ad i
firmitatem. Nihilominus aliquando contingit ꝙ vnꝰ
moꝛitur in vna familia: ⁊ non oēs ꝑꝑ diſpoſitiones ꝑti
cipationū reꝑtaꝝ in illo: ⁊ non in alijs:iſtud ſepe ad
uenit in vna cōtrata:nō in alijs: iſta dico de ciuitatibꝰ.

¶ Quare patientes podagras non moꝛiunt̄.

DEcimū dubiū eſt:ꝑꝑ qd eſt ꝙ patientes po-
dagras nō moꝛiunt̄ iſtis tempoꝛibꝰ. ¶ Cui
reſpondetur ꝙ in podagris ſunt pauci hūo-
res ac oppilationes:ob quaꝫ cām humoꝛes
pꝛaui d̄ſcēdūt ad extrema: ⁊ extriſeca ⁊ ibi generat po
dagras:ideo non ſunt diſpoſiti ad ſe infirmandum.

¶ Quare epidimia venit vt plīmū poſt guerras.

VNdecimū dubiū eſt ꝑꝑ quid eſt ꝙ epidimia
vt plīm venit poſt guerras ⁊ poſt famē ⁊c̄.
¶ Rn̄de ꝙ tꝑe guerraꝝ regimē eſt inoꝛdi-
natum. Ob quā cām gn̄antur pꝛaui humo-
res in coꝛpoꝛibꝰ diſpoſitis ad coꝛruptionē. Ac etiaꝫ ꝑꝑ
ſuperioꝛa que diſponunt ſepe guerras ⁊ ſepe diſponūt
ad peſtilentiam:necnō poſt caritudinem veniunt peſti
lentie:qꝛ tempoꝛe fertilitatis coꝛpoꝛa nimis replentur
ob quā cām generant̄ oppilationes. Deinde coꝛruptio
nes: ⁊ hoc ſufficiat de tertio capitulo ⁊c̄.

Capitulum quartum de modo curatiuo.

NUnc ſeq̄t q̄rtuꝫ caplm̄. In quo tractatur de
actu curatiuo. Cuius intētio eſt triplex. Pri
ma eſt circa virtutē. Scd̄a circa febꝛē. Ter-
tia circa aꝑa. Pꝛimo circa ꝑmā intentioneꝫ
eſt ſciendū ꝙ in febꝛicitantibus apparet virtus multū
debilitata: ⁊ iſtud accidit:qꝛ ſpūs marie reſoluunt̄: ac
ēt cōplexiones mēbꝛoꝝ ꝑncipaliū ſunt alterate: ⁊ ma
xime cōplexio coꝛdis ab humoꝛibus venenoſis:qui q̄
q̄runt coꝛ a foꝛma ſpecifica: ⁊ alia mēbꝛa ꝑncipalia:iō
inſiſtendū eſt in dādo cibos copioſe: boni ⁊ magni nu
trimenti qui leuiter digerātur:qꝛ leuiter poſſint digeri:
⁊ ſpūs multiplicari vt ſunt faſiani:pulli: ⁊ perdices: ⁊
ſimilia. Condianturqꝫ tales cibi cum aceto:agreſta:ſu-

co maloꝝranciorꝫ:limonū:vino maligranati: ⁊ ſimilibus que hñt ꝓhibere corruptionē īfirmi. Capiant̄ etiaꝫ tales cibi: vltra appetitū: q2 vt plurimū in talibus deficit appetitus: ⁊ minus q̄ꝫ tempore ſanitatis. eſt ēt vtēdum ↄfectionibus: electuariis: aquis: ⁊ pulueribus: ac etiam aliis cordialibus que cōiter ponuntur ab auctoribus. Ab extra ſunt membra confortanda principalia nō dimittēdo. ſ. cor: cerebꝝ: ⁊ epar. Etiā alia membra vt ſtomachus: renes: ⁊ maxime confortetur membruꝫ in quo eſt talis humor venenoſus: ⁊ iſtud fiat cū medicinis appropriatis membris confortādis. Aer camere ſic rectificetur pro illis qui ſtāt in camera: ſicut ꝑ egro aſpergendo cū ramis ⁊ frondulis: ⁊ roſis madefactis in aceto cū ſandalis cū ꝑfumigiis ex myrra: thure ſilo aloe: ſtoracem: ⁊ ſimilibus. Ponendo lintheamina madefacta in aceto cum cortinis: ⁊ ſepe renouando: etiaꝫ muri camere aſpergantur ſepe aqua ⁊ aceto: ⁊ ſint ſuꝑ lecto ⁊ banchis multi citri ⁊c̄.

¶ De corpis euacuatione ⁊ de cliſteri faciendo.

SEcunda intentio eſt marie in deſiccando: ⁊ euacuando corpus: cum flebotomia: vel ſolutione ventris. Quia ſi mā vincēs fuerit ſanguinea incontinenti eſt incipienduꝫ a flebotomia. In quo ē aꝑa. Ad hoc vt humor venenoſus nō ſpargatur per diuerſas ptes corpis ēt ↄſentiente v̇tute copioſa fiat flebotomia ⁊ ſi mā vincens ſit alia a ſanguine: ꝑut colerica vl' melancolica eſt euacuanda cū ſolutiuo appropriato illi: ⁊ ſi illa materia fuerit ſanguinea ēt aliis humorib9 ſuperabundantibus. In primis fiat flebotomia. Conſequenter deſiccentur humores eradicando ſi fieri poteſt: ⁊ ſi alique reliquie remanerent ſunt digerende cuꝫ ſirupis appropriatis. Sed p̄mo eradicentur: ⁊ ipſo ītermedio fiat cliſtere cōmune: ⁊ aliquātulum acutum: ⁊ multum eſt vtile vti continuo. ſ. bis in die. Similiter ſirupus deſcriptus ante. ⁊ poſſet in iſto caſu dare vna vice. in maiori q̄ꝫtitate aliis caſibus.

¶ De cura apoſtematis.

